This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

Digitized by Google

THEORIA PHILOSOPHIÆ HERMETICÆ,

SEPTEM TRACTATIBVS,

Quorum primus est;

I. VERVS HERMES.
II. PORTA HERMETICÆ SAPIENTIÆ.
III. SILENTIVM HERMETICVM.
IV. AXIOMATA HERMETICA.
V. DE GENERATIONE RERVM NATVRALIVM.
VI. DE REGENERATIONE RERVM NATVRALIVM, &
VII. DE RENOVATIONE.

Explicata ab

HENRICO NOLLIO MEDICINÆ IN ILLVSTRI ILLVSTRIVM COMITVM Benthemicorum Gymnasio, quod est Steinfurti, Professore ordinario.

Ambros. de Off.

Non est gloriosa victoria, nisi vbi fuerint laboriosa certamina.

HANOVIÆ,

Apud PETRVM ANTONIVM,

Anno M. DC. XVII.

Digitized by Google

BIBLIOTHECA
REGIA
MONACENSIS.

Digitized by Google

AD OMNES VEROS ET SINCEROS MEDICOS ET PHILOSOPHOS EPISTOLA.

NOVO & inusitato Exemplo, Illustres Medici, Nobilesque Philosophi, vos iam alloquor, idque consulto conscientiæ meæ stimulo adductus facio. Multoties à meo hoc proposito retractus fui: sed cum me non mihi, sed meis in Adamo fratribus natum esse intelligam, non possum non erumpere, atque cogitatorum meorum monumentũ edere publicum. Deus faxit, vt nihil à me scribatur, nec doceatur, nisi quod in honorem Dei, & in vtilitatem proximi cedat, Amen.

Scitis Medici & Philosophi doctissimi, philosophiam & medicinam in vulgus notam multis modis esse imperfectã, atque id, quod in vtraque facultate proditur, sophismatis & tricis sophistarum

Digitized by Google

vbique conspurcari, naturæque cognitionem principiis humano ingenio fictis, nihilque naturæ sapientibus obscurari, adeo vt hodie sapientia & doctrinæ apex ex vulgi opinione in meris contentionibus & ingenii ostentatione consistat, pluresque inueniantur, qui nihil nisi vere doctorum scripta allatrare, suumque cerebrum inanibus & futilibus cogitationibus opplere sciant, & pro more habeant.

Scitis quoque, sapientissimi medici, medicinam, sophiamque de die in diem in contemptum abire, ita vt multis consultum videatur medicorum ope plane non vti, atque vbique vilia argenti aucupia sapientis medicinæ studio præferantur, cũ tamen nullum studium humano generi sit conuenientius & fructuosius, quam vnicum illud medicæ sapientiæ. Tandem & non ignoratis, variorum librorum de sapientia & medicina editorum euulgatione nihil hactenus fere effectum esse, neutramque facultatem præ cæteris sophisticis ar-

Digitized by Google

cis artibus emergere potuisse. Quæ cum ita sint, aliquoties cœpi cogitare, nũ vera sapientia antiquis philosophis nota, veraque medicina priscis patribus probe perspecta pristino suo nitori & splendori restitui possit, ita vt quamuis nulli de dictis facultatibus libri in lucem emittantur, tamen cuique, quem Deus salutaribus medicinæ & sapientiæ studiis destinare & præficere velit, vtriusque facultatis vis innotescat, tota Europa absque vllo impedimento sapientiæ vnius nobili fructu fruatur, atque non sit, qui non exinde singularia beneficia reportare queat.

Quæ cum animo meo sæpius pensitarim, tandem in hanc deueni sententiam, philosophiam & medicinam vulgarem facile posse emendari, atque ad summam redire dignitatem, si modo sequentes obseruentur propositiones, & omne sapientiæ studium ad illas instituatur.

Digitized by Google

PROPOSITIONES HÆ SVNT.

I.

n à quoli-ligno fit recursus.

Ad veræ ſapientiæ, veræque medicinæ ſtudium nemo admittitor, niſi ſit vere pius & ingenioſus.

II.

Emendationis opus non eſt vnius hominis.

III.

Ergo ſolide docti viri, qui Deum ſincere colant, inter ſe habento cõmercium, atque ſine vlla inuidia ſibi mutuo, quicquid è natura eruerint, communicanto.

IV.

Quotannis ad certum locum conueniunto, axiomata inuenta conferunto, atque id, quod de nouo intra anni ſpacium in re medica & philoſophica explorauerunt, in medium proferunto, vt ad naturæ axiomata diſcutiatur.

V.

Nihil cogitanto, nihil faciunto, niſi

Digitized by Google

nisi quod in Dei honorem, & proximi salutem cedat.

VI.

Taciturnitatem & Deo & sibi vouento perpetuam.

VII.

Naturam eiusque veritatem pluris æstimanto, quam omnes libros Galeni, Aristotelis, &c.

VIII.

Mundi delicias fugiunto, vt superbiam, auaritiam, ambitionem, ebrietatem, & voracitatem.

IX.

Nullus osor Hermeticæ sapientiæ dignus habetor commercio & ordine verorum medicorum & philosophorum.

X.

Non nisi diu probatus admittitor.

XI.

Omnis parasitus excluditor.

Digitized by Google

XII.

Qui de nouo ad ordinem medicorum & philosophorum accedunt, traditione tantum, non scriptura mysteriorum naturæ reddũtor particeps: ac proinde eo Sacramento adiguntor, ne quid arcani cálamo excipiant, nec aliis, quamuis dignis, in calamum dictent.

Hæ sunt meæ propositiones: Si qui è vobis illustres Medici & Philosophi, fuerint: quibus illæ probentur, mihi vel præsentes, vel absentes per literas id significabunt, atque num idem, quod ego, iam dudũ meditati fuerint, explicabunt. Ego sane ita affectus sum, vt aliis, qui perfectiorem rerum scientiam possident, cedere, iisque palmam deferre paratus sim.

Quod vero Philosophiam hanc meam Hermeticam in lucẽ iam emittam, non alia fit de causa, nisi vt inde veri Hermetici, vbicunq; locorum fuerint, meum saltem conatum, infinitosque labores, quos

in

Digitized by Google

in lectione & meditatione scriptorum sophicorum exantlaui, videant, & quantum adhuc à summo naturæ miraculo absim, iudicent. Perspicue scripsi, sed intelligenti, indignus, sat scio, nihil ex meis Hermeticæ sapientiæ tractatibus percipiet. Nimium subtilis in naturæ lumine qui haberi vult, cæcus est. Simplex sagacitas tantum requiritur. Et hoc vnicum notabitis, tandiu id, quod est in hisce meis libellis præcipuum, latere, vsq; dum ex experientia constiterit, duo corpora ad vnam animam atque vnum organum stare nequire. Multa potuissem clarius scribere: sed non debui. Sat erit, si exinde vel cum vno vero Philosopho colloquendi occasio dabitur. Quicquid profertur, ex naturæ lumine & ipso ore sophorum, per libros loquentium profertur, praxis & manuum opera si quando aliud suasura & me doctura est, illud quoque, clarissimi medici, à me habebitis, & si quid huic meæ sophiæ defuerit, alio tem-

Digitized by Google

pore ex ore meo, Deo volente, abunde percipietis. Valete, & modestum date responsum. Scribebam Zigenhainiæ in ædibus parentis 7. Ianuarii Anno 1616.

Vestri studiosissimus
Henricus Nollius.

VERÆ MEDICINÆ TYRONIBVS S. P. P.

QVanta solicitudine in medicinæ cursu absoluendo sim circumfusus, dubio proculex mea antecedente Epistola, Lectissimi verae & bene fundatæ Medicinæ Studiosi, percepistis. Et vobis, & mihi bene velim. Vobis: vt aliquid certi teneatis, quo tanquã immoto fundamẽto tandem praxin ξὴν Θεῷ aggressuri nitamini. Mihi: vt id, quod cœpi iter, sine maleuoloxum & superborum quorundam impedimento perficere queam. Mens mea mihi præsagit, non defuturos Momos & Sophistas, qui vbi & meam hanc philosophiam, & alia mea opuscula in discentiũ vtilitatem euulgata, & adhuc euulganda viderint, & tantum quasi per transennam inspexerint, me pro suo more dentibus caninis sint petituri, nihil non reprehensuri, meam famam calumniis & inanibus fabulis dilaceraturi, vt vbique

bique mearum Musarum promotionem, si qua via id modo poterunt, impediant. Recenti enim adhuc memoria teneo, quid nugarum & iniuriarum olim in me nonnulli effuderint! Quid quoque hoc ipso tempore nasutuli quidam in me machinati fuerint! Vt vt hæc sint, me & omnia mea Deo, (cuius omnia sunt, quæ ab ipso sunt) cõmendans, non possum intermittere, quin in proposito meo strenue pergam, atq; Remp. literariam pro virili amplificem; Rumpantur vt ilia Codro. Ad hoc meum institutum peragendũ Deus, qui nouit hominũ corda, mihi obtulit amplissimum campum, dum me nihil eiusmodi cogitantem per Illustres & Generosos Comites Beinthemicos, Dominos meos clementissimos ad professionem veræ medicinæ in illustre Arnoldinum, quod est Steinfurti, vocauit, atque medicinæ Tyronibus informandis præfecit.

Cui meo officio, vt satisfaciam, integrum Medicinæ veræ systema ξὺν Θεῷ sum prælecturus, illud præceptis & canonibus adornaturus, scholiis breuissimis illustraturus, atque omne moturus saxum, vt fundamentum solidæ medicinæ apud studiosos iaciatur. Præterea singulis mensibus publicam disputationem de re medica sum habiturus; priuatim vero Alchymiam Philosophicam dictaturus, praxin eius pro viri-

li ad

Digitized by Google

li ad oculum dignis discipulis, officina confecta, demonstraturus, atque sub initium Collegium naturæ liberum. Deinceps scholam naturæ peripateticam. Tertio hisce ζὺν Θεῷ absolutis exercitiis, Academiam naturæ Paracelsicam, & tandem sub finem Collegium Collatorium aperturus, omniaque ad medicinæ scopum directurus. Si qui ergo mea institutione delectantur, eos humaniter inuito, rogoque, vt ne humilitate personæ meæ citius offendantur, quam ex mea informatione aliquid progressus fecerint. Qui diligentes, fideles, atque vt decet, probati fuerint, sibi dubio procul aditum ad secretiora sophiæ penetralia parabunt. Valete Doctissimi studiosi, & me bene de vobis mereri cupientem amate.

Henricus Nollius.

PHILO-

Digitized by Google

PHILOSOPHIÆ HERMETICÆ

Tractatus primus, qui est

VERVS HERMES.

Autore

HENRICO NOLLIO.

PRÆFATIO.

NEmo non hoc seculo, qui vel simplicem aquam, vel oleum è corpore extrahere nouit, non tantum haberi, sed etiam audire, Hermeticus desiderat. Et Medici hodierni, qui Chymiæ beneficio remedium aliquod concinnare didicerunt, ab Hermete nomen mutuantur; idque eo fine, vt veris philosophis verisq; medicis à vulgo annumerentur. Manifestum enim est, & vel vulgo notum, quod Hermes philosophorũ pater appelletur, veramque sophiam, Deo inspirante, obtinuerit, atque ex ea summam totius mundi gloriam, vniuersam omniũ rerum imperfectionem quandã habentiũ medicinam sibi comparauerit. Quis ergo non ex animo optet esse Hermetis verus & genui-

Digitized by Google

genuinus filius, atque eiusdem sapientiæ particeps, verum enim vero quemadmodum Consulis nomine non dignatur, qui nunquam consulatu functus est: ita quoque nunquam nomẽ sapientis Hermetis sibi sumat, qui sapientiæ Hermeticæ ne micã possidet. Id quod ex animo pensitãs hodiernorũ sophistarũ arrogantiam, qua similes viris antiquis, veræ sapientiæ cultoribus videri quã esse malunt, agnosco: Vnde in sincerioris philosophię gratiam, atque in sophisticæ ambitionis refutationem hunc compendiosum tractatum conscribere, atq; verum Hermetem inscribere volui, vt candidus lector veros Hermeticos à pseudo-Hermeticis & sophistis discernere sciat. Tempus enim est præsens, quo philosophia in vulgus nota atque cum sophistica summum commercium habens repudietur, veraque sapientia, quæ ab antiquis Sophis exculta, & ad nos propagata est, è tenebris ad lucem reducatur, atque sophisticæ altercationes ad autorem suum, Cimmeriasque tenebras redeant, ne inposterum sumptus & horæ in sophisticis scriptis inutiliter insumantur. Vt vero hic tractatus certa & perspicua tractetur methodo, docebo;

I. Quis

I. Quis HERMES *philosophorum pater fuerit?*
II. Quam doctrinam HERMES *docuerit?*
III. Quomodo propagata? IV. Qua occasione à sophistis defædata fuerit? Et. V. Qua ratione è tenebris vera HERMETIS *sophia sit eruenda?*

Deus ita gubernet & mentem & calamum meum, vt quicquid hic iam sim in medium prolaturus, veræ philosophiæ filiis in summam cedat vtilitatem; sophisticæ vero amatoribus, atque indignis homuncionibus via & aditus ad penetralia solidæ nostræ scientiæ præcludatur, ne Margaritæ porcis obiectentur, & indigne conculcentur. Amen.

CAPVT

Digitized by Google

CAPVT I.

Quis HERMES?

AB Hermete cum per plures Chymistæ nomẽ mutuentur, atque ingenue se Hermeticos appellitent, ante omnia necessarium est, vt quis ille *Hermes fuerit*, à quo hoc tempore denominari ex animo cupiunt, edoceamus, atque probe discutiamus: Autore enim bene cognito, facilius inde ii, qui siue secundum rei veritatem, siue falso nomen illud sibi tribuant, innotescunt. HERMES ergo, de quo iam dicimus, fuit Rex Ægypti, dictus Trismegistus, seu Ter Maximus, quod omnium rerum hoc Macrocosmo contentarum, atque in tria regna, nimirum in minerale, vegetabile & animale distributarum perfectam & exquisitam scientiam habuerit, atque vniuersi huius theatri quintam essentiam omnium virium tam superiorum, quam inferiorum receptaculum non tantum elaborauerit, sed etiam ad posteros ænigmatico & obscuro stylo transtulerit. Tanti thesauri descriptionem in Tabula Smaragdina in valle Ebron post Diluuium inuenisse, atque Dei instinctu & inspiratione eius tabulæ genuinum sensum percepisse ille dicitur.

CAPVT II.

Quam Doctrinam HERMES docuerit?

DOcuit ergo Hermes nullam aliam doctrinam, quam illam, quæ in tabula Smaragdina comprehensa est, atque vniuersi mundi compendium nobis ob oculos ponit.

TABV-

Digitized by Google

TABVLA SMARAGDINA

Hæc est.

VErum: Sine Mendacio: Certum, & verissimum. Quod est inferius, est sicut quod est superius: & quod est superius, est sicut quod est inferius, ad perpetranda miracula rei vnius. Et sicut omnes res fuerunt ab vno; meditatione vnius: sic omnes res natæ fuerunt ab hac vna re adaptatione. Pater eius est sol, mater eius est luna. Portauit illud ventus in ventre suo. Nutrix eius terra est. Pater omnis thelesmi totius mundi est hic. Vis eius integra est, si versa fuerit in terram. Separabis terram ab igni; subtile à spisso, suauiter, cum magno ingenio. Ascendit à terra in cœlum, iterumque descendit in terram; & recipit vim superiorum & inferiorum. Sic habes gloriam totius mundi. Ideo fugiet à te omnis obscuritas. Hic est totius fortitudinis fortitudo fortis, quia vincet omnē rem subtilē, omnemque solidam penetrabit. Sicut mundus creatus est. Hinc erunt adaptationes mirabiles, quarum modus est hic, itaque vocatus sum Hermes Trismegistus, habens tres partes philosophiæ totius mundi. Completum est, quod dixi de operatione solis.

Hæc tabula omnem sapientiam, quæ in lumine naturæ sese offert conspiciendam, compendiose describit, atque insignes eius vires commendat, dum id, quod in ista tabula docetur,

Digitized by Google

omnes virtutes, quas & superiora & inferiora corpora obtinent, possidere dicitur. Magna sane Philosophia, quæ tam eximium & preciosum thesaurum nobis pandit! Et nemo hominum vni nostro Deo sufficientes grates agere potis est, quod Hermetem philosophorum omnium principem excitarit, permiseritque, ab eodem sinceriorem philosophiam ad posteros propagari. Nostrum est singulis horis Deum orare, vt in verè Hermeticæ sophiæ penetralia introducamur, & genuini Hermetis filii reddamur.

Vt verò Beneuolus Lector & veritatis sophicæ studiosus d. lucidius sapientiam retensita tabula comprehensam percipiat, 1 Specialius thesaurum & mysterium sincerioris philosophiæ tractabo. 2. Materiam eius more philosophico explicabo: & 3 Modum arcani istius ex materia philosophica conficiundi demonstrabo, vt vel hinc constet, eum non esse verum Hermeticum, qui ad istum modum veram materiam non tractet. Vt igitur exordiar à primo capite, Thesaurus & mysterium sincerioris philosophiæ à veris sapientibus arcanum arcanorum & medicina medicinarum appellatur. Arcanum arcanorum vocatur, quod, cum macrocosmi totius vires in se tanquam in compendio complectatur, nullumque aliud arcanum ei respondeat, præ cæteris omnibus mysteriis celari, arcanumque manere debeat, ne ad indignos deueniat, atque in summum abusum, nimirum in damnum & perniciem proximi, contemptumque Dei trahatur. Medicina medicinarum dicitur, quod omnium aliarum medicinarum virtutes & efficaciam in se quasi contractam possi-

I. *Thesaurus & mysterium philosophia.*

Digitized by Google

possideat, omniumque imperfectionum, quibus tam mineralia & vegetabilia, quam animalia obnoxia sunt, curam & sublationem subministratione eminentiæ & substitutione perfectioris essentiæ vere sine omni difficultate instituat. Est vero hic Thesaurus nihil aliud, quam Spiritus cœlestis à Sole & Luna, cæterisque astris ad nos demissus, atque in catholico subiecto in summam medicinam excoctus, qua homo omnibus morbis eximitur, in sanitatis perpetuo statu vsque ad terminum vitæ diuinitus sibi præfixum conseruatur, ingenium eius acuitur, memoria adiuuatur, intellectus mirandum in modum illuminatur, metalla imperfecta in verum & non apparens aurum trãsmutãtur, vegetabilia quæ omnia ita reficiuntur, vt vires, vigorque ipsorum in summo gradu facile deprehendi possint. Cætera taceo, ne maleuolis & calumniatoribus ansam vituperandi & conuitiandi præbeam.

E Sole vero tanquam mare & patre & Luna tanquam fœmina & matre summa illa medicina desumitur, atque non nisi in Mercuriali substantia reperitur. Secundum hunc versiculum. II. *Materia lapidis.*

Est in MERCVRIO, quicquid quærunt sapientes.

Si per *Mercurium solum* perficere poteris magisterium, ait subtilissimus Geber, eris preciosissimi operis indagator. Itaque quia *Solus* Mercurius vera materia medicinæ est, materia illa erit vna. Et quia vna, multa simul ad ipsam medicinam non requiruntur. Vnde philosophi aiunt, artem suam in multitudine rerum non perfici.

Ex dicta autem materia medicinæ Hermeticæ conficiundę modum Hermes noster in sua tabula III. *Modus operandi in vera materiam.*

Digitized by Google

hisce verbis exprimit: *Separabis terram ab igne, subtile à spisso, suauiter, cum magno ingenio.* Tria hic notabis. 1. ignem Hermetis esse vnicum, quia operatio describitur vna. 2. Esse tenuem & lenem, quia separatio terræ ab igne debet fieri suauiter cum magno ingenio. 3. Ipsam operationem, quæ in separatione terræ ab igne, subtilis à spisso consistit: id quod fit continua irrigatione & aquæ affusione. Quo enim sæpius terræ aqua affunditur, eo magis ipsa terra attenuatur & subtiliatur, vsque dum infans sophorum exinde prodierit. Vnde vt ascendendo à terra in cœlum, & iterum descendendo in terram filius sapientiæ primum à natura generatur; ita idem filius simili ascensu & descensu in philosophico vase in solidam medicinam, reiectis vulgaribus chymiæ operationibus, regeneratur. Sic tandem concludo.

Veri Hermetici veram philosophici mysterii materiam paulo ante descriptam sciunt, non nisi vnam agnoscunt, atque modum in Hermetis tabula depictum & adumbratum in operando obseruant.

Atqui vulgares chymistę nec sciunt veram materiam, nec vnam sed plures adhibent, nec modum operãdi Hermeti obseruatũ sectantur. Ergo

Vulgares chymistæ non sunt veri Hermetici. Propositio negari non potest: æquum enim est, vt qui ab autore aliquo nomen sibi sumat, eiusdem autoris institutum ad amussim sequatur. Assumptio tandiu vera esto, donec vulgares chymistæ demonstrauerint, sibi & veram materiam, modumque in illam operandi verum, perspectum & exquisite notum esse. Pro me assumptum confirmat

firmat Michael Sendiuogius, qui tractatu suo primo in hæc verba loquitur: *Si hodie reuiuisceret ipse philosophorum pater HERMES, & subtilis ingenii Geber; cum profundissimo Raimundo Lullio, non pro philosophis, sed potius pro discipulis à nostris Chymistis haberẽtur: Nescirent tot hodie vsitatas destillationes, tot circulationes, tot calcinationes, & tot alia innumerabilia opera Artistarum, quæ ex illorum scriptis huius sæculi homines inuenerunt & excogitarunt. Vnicum tamen nobis deest, scire, quod ipsi fecerunt, lapidem videlicet philosophorum, seu tincturam physicam.* Nos dum illam quærimus, alia inuenimus. Quæcum ita sint, ratum & firmum esto. Quicunque scit Hermetis magisterium, eiusque præparandi modum, Verus est Hermeticus: Qui nescit, & se tamen Hermeticum salutari cupit, quamuis omnia alia olea, salia & aquas distillare norit, ille est mendax, & sophista.

Capvt III.

Quomodo Hermetis Doctrina propagata fuerit?

Doctrina Hermetis cum tantum arcanum, quo in vniuerso hoc modo ex naturæ profundissimo penu non habetur maius & præstantius, proponat, atque eius cognitione indignum vulgus, quod plus mundi gloriam, quam suam ipsius salutem, & æternam felicitatem affectat, ad abusum facile prolabatur. *Veri philosophi* vnanimi consensu, id mysterium sibi solis concreditum seruare, atque omnes indignos omni studio ab eo procul arcere voluerunt. Audi subtilissimum

Digitized by Google

lissimum Raimundum Lullium, qui theor. test. c. 6. sic ait: *Secretum teneas, quia totum fit arte & scientia, & nulli dices, nisi velis maiestatem philosophorum & secreta eorum accusare, &c.*

Quæ cum ita sint, sinceriores philosophi stylum suũ in hunc modũ formarũt, vt à solis doctrinæ filiis ipsorum dicta apprehẽdantur & intelligãtur, sophistis verò & indignis veræ sapientiæ nucleus maneat abscõditus. Vnde iam ænigmatico & parabolico, iam plane alieno stylo sapientes artem Hermetis conscripserunt & exposuerunt, vt nihil, nisi inania figmenta philosophastris, ingentia vero mysteria veris Hermetis discipulis sciuisse videantur. Lapidem seu medicinam suam omnibus nominibus nominauerunt; quia omnium rerum virtutes in se continet. Ad literam ergo philosophici tractatus nec volunt nec debent intelligi.

CAPVT IV.

Quomodo & qua occasione Hermetica philosophia defœdata fuerit.

MVndus cum diuitiis adeo indulgeat, vt noctesque diesque in corradendis pecuniis insumat, atque per otium & negotium nihil nisi argentum meditetur, variæ technæ à plurimis hactenus inuentæ fuere, quibus alios circumueniant, diuitias vndecunq; colligant, aliorumque loculos emungant. Versuria hic opus est. Vnde inueniuntur, qui diuitibus, (cum hi, quo ditiores fuerint, eo ardentius ad auri sui maiorem accessionem adspirent) magnam auri copiam & sapientissimi opulentissimique Salomonis

nis immensos auri thesauros pollicentur, atque se indubitatos auri conficiundi processus tenere temere gloriantur. Auari isti homines, qui Midæ similiores quam Hermeti philosophorum patri haberi volunt, mox fidem adhibent, sumptus subministrant, ingentibus muneribus impostores afficiunt, atque auro inhiantes de die in diem Pluti accessum expectant. Sed omnis spes in nihilum tandem abit: Impostores cum dedecore vel aufugiunt, vel se quodammodo excusant. Sunt & præterea alii, qui ex scriptis sophorum literaliter intellectis sine naturæ veræ vera cognitione ad magisterii Hermetici veritatem prouehi intendunt. Verum cum ad literam vbique philosophorum scripta intelligant, ad sua sophistica figmenta, quæ vel ipsi sibi imaginati fuere, vel ab aliis accepere, sensum eorum detorqueant, nec naturæ viam notam habeant, nunquam ipsorum conatus ad frugem peruenit, sed in perpetuum quærentes nihil inueniunt, quod vel micâ sapientiæ Hermeticæ habeat. Si in opere suo colorem aliquem similem colori alicui, à sophis depicto deprehenderint, lætantur, exultant & triumphât, non cogitantes, quod cuique corpori omnis generis colores insint, atque ignis varii varia dispositione è tenebris prolici queant. Inter istas vero læticias processus fingunt, eos dictis sophorum palliant, atque caro precio vendunt, vt sibi ad delicias mundi argentum concilient. Sophistæ hi sunt, qui Hermeticæ arti ex eiusmodi sophisticationibus & deceptionibus maculam affricant, contemptum afferunt, atque alios homines vel ipsius veritatis amantissimos in consortium

Digitized by Google

suum trahere, extremamque in perniciem intrudere pro more habent. Hisce nebulonibus piorum aures non pateant: sed serio cogitent, studium Hermeticum versari non primario circa auri elaborationem, sed circa medicinam, quæ non tantum auri, sed etiam omnium aliorum tam superiorum quam inferiorum corporum vires in se possideat. Tantum de Hermeticæ doctrinæ conspurcatione aliunde inuecta dixisse sufficiat, & verum maneat, auri aucupio, sophistarum fraude, literali dictorum philosophicorum sensu, processibus scriptis, atque naturæ neglecta consideratione veram HERMETIS artem defœdatam esse, atque in odium & contemptū deuenisse.

CAPVT V.

Qua ratione è tenebris vera Hermetis Sophia sit eruenda?

MAgna sane sapientia est, quam HERMES Dei inspiratione sibi acquisiuit, & quanto maior & præstantior est, tanto maiorem diligentiam ei comparandæ quisque hominum adhibere cupiat: Æquum enim est, vt, quod omnium hominum vtilitati inseruire potest, omni studio quæratur & vestigetur, verum cum philosophi artem Hermetis studio ex Dei indultu obscure tractarint, eam solis doctrinæ filiæ scripserint, atque Sophistæ suis fraudulentis processibus magis magisque obfuscarint, in rationem, qua è tenebris ars illa diuina eruatur, quisque veritatis amans inquirere studeat. Ego hac vice iis, qui ex intimis cordis viscerib. & nō ex ficto animo ad sinceriorē philosophiam adspirāt, viam certissimam, qua è tenebris

bris in lucem ars Hermetis statuatur, ex philosophorum vnanimi consensu & ipso naturæ lumine explicabo. Moneo itaque primum, vt porta mea Hermeticæ sapiētiæ diligentissime legatur, & adeiꝰ monita artis philosophicę studiosus omnes suas cogitationes & operationes dirigat. Non vero arbitrator, sibi viam ad arcanum arcanorū ex porta mea patere posse, nisi virtutibus iam recensendis sit præditus. Qui ergo philosophici mysterii, ab Hermete *philosophorum patre* per tabulā Smaragdinam ad nos tanquam ad genuinos hæredes propagati scientiam ex animo consequi desiderat, ille

I. DEVM timeto & se humiliato.

Initium sapientiæ est timor Domini: ait Syracides. Eum, inquit Hermes lib. de compositione, qui in hanc artem & sciētiam introduci vult, oportet arrogantiæ vitium à se repellere, & pium esse & probum, ac profundæ rationis, hominibus humanum, & sereni vultus ac hilarem, Deumque ante omnia timere.

II. Esto sufficienter locuples.

Id est, Tantas habeto diuitias, quantæ sumptibus in magisterio collocandis, & sustentatione vitæ suæ, dum operatur, sufficiunt: Cum enim sumptus nostro operi impenduntur, impossibile est, ex Aristotelis sentētia, indigentē philosophari.

III. Beneficus & largus.

Itaque nec auarus, nec vsurarius, nec monetæ renouator, nec mercator esto. Atque hinc Lull. c. 29. theor. test. ait: illud secretum non manifestari, nisi philosophis, & philosophiæ veræ filiis, qui sunt indagatores & amatores eius, & non sophi-

ſtis, plenis mendaciis, nec auaris, nec amatoribus mundanis; ſicuti ſunt vſurarii, mercatores & renouatores monetæ, cambiatores & congregatores theſaurorum, condemnatis, & per Diabolum incantatis, qui nolunt laborare, nec inquirere niſi in res palpabiles.

IV. Mitis ſeu humanus,

Teſte Hermete citato loco.

V. Sobrius, non gulæ deditus.

Atque hinc facile intelligis, quam procul à noſtra arte abſint, qui dum aliis aurum cudere moliuntur, noctesque dieſque potationibus continuis indulgent, & ebrietatem ſtudio ſectantur.

VI. Firmus in propoſito & conſtans.

Roſar. phil. p. 206.

Vnius eſto voluntatis in opere naturæ, nec modo hoc, modo illud attentare præſumas; quia in rerum multitudine ars noſtra non perficitur.

Lull. lib. de animæ transmutatione.

Non fatigeris, nec ab opere ceſſes, & inuenies, quod optas.

Michael Sendiuogius tract. 2.

Scrutatorem naturæ oportet eſſe veracem, ſimplicem, patientem, *Conſtantem*, *vnicæ ſaltem rei* animum applicantem.

VII. Patiens.

Id eſt: Moram, quæ in noſtro magiſterio eſt maxuma, non ægre ferto.

Thomas Aquinas c. 2.

Qui patientiam non habet, ab operatione manum ſuſpendat.

Moſeus

Digitized by Google

Moſcus in Turba.

Niſi patientiam habeatis, errabitis in regimine, & corpus corrumpetis.

Zenon in Turba.

Qui prolixitatem decoctionis & compoſitionis patienter fert, lucrum accipit.

Bacaſer in Turba.

Qui patiens eſt in regimine, ingredietur artem.

Lull. c.19. theor. teſt.

Intellige, quod omnis mora, nec non tarditas in hac arte electæ ſunt operando patienter, nec ſine patientia iter arripias: cum tibi contigerit ſtudio cognoſcere multa, patientiam retine, ſemper operando directe, & ſic philoſophiam habebis habituatam. Operi patientia datur: Patientia enim morum ſemper eſt maxuma in noſtro magiſterio.

VIII. Taciturnus.

Ea enim, quæ ex ſincera philoſophia addiſcit, & indubitata experientia vera eſſe deprehendit, in vulgus non ſpargito, ne porcis margaritas obiicere videatur, & per abſum arcanorum pereat. Confer. c.1. lib. Thomæ Aquinatis ad Rainaldum.

CONSECTARIVM.

Ac proinde non diſputato, non altercator.

Hoc noſtro ſeculo, & ante in ſcholis publicis ſapientiam veram altercando & diſputando aſſequi nemo non in animum inducit ſuum. Et qui à ſtudioſorum & literatorum vulgo commendari laudarique deſiderat, animum totum vel ad refutationem aliorum ſcriptorum appellit, vel nouas con-

Digitized by Google

controuersias mouet. Verum vt in sapientia vulgari, quæ nihil arcani in se complectitur, illud studium merito probatur, cum indignis philosophastris quiete animi, quæ in solida naturæ cognitione consistit, frui haud liceat; Sic sincerior philosophia econtra quiete animi delectatur, dum omnem dubitationem circa arcana naturæ excludit, atque de iis cum nullo hominum confert, ne mutua ex disceptatione forte fortuito summum philosophiæ arcanum indigno alicui innotescat. Id cuius reuelationem Deus sibi soli reseruat, nemo manifestato.

IX. Ingeniosus.

Id est: Non esto ingenio stupido, sed sagaci, & subtili. Videndũ tamẽ, ne sit nimium subtilis, qui præ nimia sua subtilitate dictis sophorum & ipsi naturæ nouitatem quandam inuehat, sensum afferat, non exinde efferat, atque naturam potius ad suæ rationis cogitata, quam hæc ad illã metiatur. Siquidem inde naturæ simplicitas peruertitur, & ad intima veræ sapientiæ penetralia accessus impeditur. Natura vt simplex est: ita indagatorem simplicem, non nimis subtilem requirit.

X. Pseudochymicos & sophistas vitato.

Qui, vt verbis Rosarii philosophorum vtar, decepti ingenii sui tarditate, & ad inopiam deducti alios etiam tentant seducere, & ad miseriam compellere. Hinc ita Teruisinus: Fugite sophisticationes Alchymistarum nequam & quoscunq; alios, qui fidem istis adhibent: nam si quid boni vos lectio librorum docuit, falsis iuramentis & assertionibus adimere conantur. At ais; te ex animo velle

fugere

Digitized by Google

fugere sophistas, si nosses, & cum non noueris, te non posse eos vitare. Vt igitur conqueri desinas, atque ex suis signis sophistas dignoscas, characteres eorum nouem propositionibus describam.

I.

Sophistæ vulgaribus operationibus, calcinationibus, solutionibus, congelationibus &c. insudant.

Vnde huiusmodi operationes Teruisinus appellat deceptiones, vt vero intelligas, quantum sit discriminis inter nostras & vulgares operationes, attende ad ea, quæ iam sum dicturus. Vulgo calcinant, sed sine corporis multiplicatione, potius cum diminutione: philosophi calcinant cum corporis multiplicatione. Vide Quercetanum resp. ad Aubertum pag. 66. Vulgo calcinant igni comburenti: philosophi aqua. Vulgo soluunt, & solutione facta separant menstruum: philosophi soluunt ita vt soluens & solutum in vna homogenea essentia permaneat: Teruis. in epistola ad Thomam de Bononia. Vulgo solutio & congelatio diuersis fiunt temporibus & horis: philosophi dum soluunt, simul congelãt. vide Lud. Puer. mihi p. 198. Præterea vulgus corpora liquefacit per ignem comburentem: philosophi per aquam. vnde dicitur: Liquefacite corpora liquefactione non vulgari, sed nostra, quæ est cum aqua. Vide Auror. consurg. c. 27. & Rosar. phil. mihi p. 333.

II.

In illo laborant, quod in se tincturam philosophis notam non habet.

Stultis

Stultis sunt stultiores, ait Senior qui præparant illud, quod in se tincturam non habet.

III.

Variis in vasis suas materias coquunt.

Operantum, inquit Dionysius Zacharias Gallus, hac tempestate pars maxuma errorem suum hoc ipso fateri cogitur, cum nemo non ipsorum tres vel quatuor furnos habeat, & nonnulli decem vel duodecim, hunc ad calcinandum, illum ad soluendum, alium ad sublimandum & innumera vasa, quibus vtuntur: verum enim vero ii in extremum operarétur, priusquam hac via ad perfectionem peruenirent, nisi suas operationes corrigerent.

IV.

Ingentes sumptus ad magisterium requirunt.

Id quod Reges, Principes, Comites & nobiles viri, qui eos alunt, vbertim testari possunt, sed multæ expensæ non sunt nostro magisterio conficiundo necessariæ; quia vna materia, vnum vas, & vna sola coctio ad lapidis creationem requiritur. Vili precio, ait subtilissimus Geber, ad complementum peruenies.

V.

Processus habent scriptos, secundum quos operantur.

At ars nostra nullo continuo processu ad literam intellecto continetur: philosophi veri adeo hanc nostram scientiam ænigmatibus, parabolis & figuris occultauerunt, vt impossibile sit sola librorum lectione ad cognitionem huius artis peruenire. Dionys. Zach. Gall.

VI.

Digitized by Google

VI.

Vltro sua officia magnatibus deferunt, atque iis artem auri confi iundi pollicentur.

Magnates vel ad superbiam, vel ad mundi delicias vel ad tyrannidem diuitias expetunt, ac proinde iis, qui se auri conficiundi ratione tenere gloriantur. faciles præbent aures, non cogitantes, quod auri studium à philosophis non primario, sed secundario spectetur. Aurum primo non intendit, qui omnium rerum, non solum metallorum sed etiam vegetabilium & animalium vitia, imperfectionesque vno catholico remedio ex omnium perfectissimo corpore extracto auferre, & in perfectiones transplantare sibi proponit Si metallorum perfectionem solam non quærunt philosophi quo fine opus est, vt in metallico corpore omnium rerum supplementum & instaurationem quæramus. Tinctura auri cum certũ & determinatum rerum sublunarium genus sit, catholicum remedium esse nequit: ac proinde qui vniuersalem affectant medicinam, tincturam auri per se non appetunt, secus qui faciunt, sophistæ sunt, & nunquam nostro magisterio dignabuntur. Quia autem magnates sunt sitientissimi auri & pecuniæ, Sophistas auri tincturam primario intendentes ad se vocant, vel quando suam operam deferunt, sibi diuinciunt, vt breui magnam argenti copiam ipsorum auxilio corradant. Verum vt stultum est magnatum propositum: ita nunquam aliquid aliud, quam summam argenti iacturam inde reportant. Suspectus est omnis, ait Thomas Aquinas, in hac arte seruiens regibus & prælatis.

VII.

Digitized by Google

VII.

Asseuerant se sæpius fecisse, sed tum non habuisse necessaria, Teruis.

VIII.

Se continuo maxuma cum diligentia per multos annos ad fornaces suas adsedisse & sine intermissione operatos fuisse prædicant.

Hoc eo fine faciunt, vt aliquid arcani extanto labore didicisse videantur, & apud incautos facilius se insinuent.

IX.

Ex lumine naturæ rationem sui operis exponere nesciunt: sed sine rationibus suam scientiam veram esse garriunt, adduntque sæpe, se arcanorum fuisse participes redditos à docto quodam viro, quem fingunt, vt alterius eruditione fraudes & sophismata sua pallient.

Non enim sunt philosophi, nec guttulam de fonte naturæ gustauerunt, ac proinde satis mirari non possum, quod magni viri ab eiusmodi impostoribus sibi imponi patiantur, non reputantes, sine artibus præclaris & liberalibus nullam mysteriorum perfectam cognitionem vnquam esse acquirendam. Quicunque, ait Teruisinus, radices minerarũ & simplices & cõpositas ignorat, principia naturæ ignorat; Ergo & artis: & per consequens erit sophista potius, quam philosophus.

CONCLVSIO.

Quod si, Suauissime Lector, hunc meum tractatum, quem VERVM HERMETEM inscribo, dili-

Digitized by Google

genti lectione percurreris, non tantum ex eo abunde percipies, hodiernos chymistas non esse veros Hermeticos, imo potius sophistas, qui sanam nostram philosophiam suis falsis receptiunculis obscurent, deprauent, atque, cum arcanum Hermetis assequi nequeant, quascunque chymicas operationes Hermeti adscribant, ne ab Hermetis studio alieni videantur: Sed etiam via, qua ad secretioris philosophiæ magisterium promoueri possis, tibi profunde rem pensitanti, & sedulo inquirenti demonstrabitur. Interim vale diu in Deo & Filio eius IHSVH Christo. Zigenhainiæ 2. Octob. Anno 1615.

Veri Hermetis Finis.

Deo *vni, & Filio eius* IHSVH *Christo sit laus & gloria in æternum,*
AMEN.

Digitized by Google

PHILOSOPHIÆ HERMETICÆ

Tractatus secundus, qui est

PORTA HERMETICÆ SAPIENTIÆ,

Cum quinque clauibus appropriatis.

Autore

HENRICO NOLLIO.

PRÆFATIO.

H*Vnc tractatum, Beneuole Lector, portam Sapientiæ Hermeticæ inscribo, quod nemo ad arcanum Hermetis pervenire potest, nisi clauibus à me hic propositis ad reserationem portæ vtatur.* Est vero porta sapientiæ nostræ *nihil aliud, quam* naturæ inuolucrum, quo macrocosmi filius, filius Solis & Lunæ, lapis philosophorum alias dictus, in abstruso latet. *Qui si in lucem sistitur, atque è naturæ tenebri-*

coso

Digitized by Google

*[illegible] Situ, Sincere Le-
[illegible] Numinum præstantis-
[illegible] naturæ vere admi-
[illegible] philosophiæ arcere-
[illegible] animo habes, per genuinam
[illegible] ederis, atque ad eius apertio-
[illegible] mine enarrandas claues adhibe.*

[illegible] numero quinque: Qua-
[illegible] est; Inuocatio Numinis
diuini. 2. Meditatio. 3. Viua institu-
tio. 4. Lectio. & 5. Operatio. *De sin-
[illegible] tractabo.*

CAPVT I.

DE INVOCATIONE NVMINIS Diuini.

*[illegible] qui ad philosophorum artem adspi-
[illegible] (a) sine intermissione, (b) in fide,
(c) nihil hæsitans (d) Deum (e) orato; vt eius
[illegible] arcanum arcanorum peruenias.*

(a) Sine intermissione oportet orare & non
[illegible] Luc. 18. v. 1. (b) Omnia quæcunque pe-
[illegible] in precatione, credentes, accipietis: Mat-
[illegible] 21. v. 22. Marci 11. v. 24. (c) Si cui vestrum deest
[illegible], à Deo dante omnibus simpliciter nec

Digitized by Google

exprobrante postulet, ac dabitur ei; postulet vero cum fiducia, nihil hæsitans: Nam qui hæsitat, fluctui maris, qui ventis agitur & impetu rapitur, similis est: Neque existimet homo, se quicquam accepturum à Domino, Iac.1.v.5.&c. 6.(d) Omne enim donum perfectum è supernis est, descendens à patre luminum Iac.1.v.17.(e) Quisquis enim petit, accipit, & quicunque quærit, inuenit, & pulsanti aperietur. Matth.7.v.8. Itaque cum hæc pura & diuina scientia, teste Morieno & omnibus philosophis, sit donum altissimi, qui eam suis commendat, non decet, ait idem Morienus, quenquam se ab hoc magisterio retrahere, sed suam fidē & spem in altissimo firmiter configere, illumque assidue orare, vt diuinum & mirabile opus efficiat.

Basil. Valent. mihi p. 2.

Ich sage dir in lauter Warheit / daß / so du unsern grosen vralten Stein machen wilst / so folge meiner lehre / vnnd bitte für allen dingen deinen Gott / den Schöpfer aller Creaturen / daß er dir darzu segen / vnd gedeyen geben wolle.

II. Deo ex toto animo in precibus vouete, te per philosophorum arcanum Ecclesiæ, pauperibus, omnibusque piis, qui tuum poscunt auxilium, adfuturum.

Alio profecto fine ne quærito HERMETIS magisterium: si Secus feceris, non acquires. Vnde & omnes ii, qui eam ob caussam chymiam Hermeticam tractant, vt mundanas diuitias sibi comparent, splendide & magnifice inde viuant, atque tyrannidem suam, quam sub corde

[illegible] 5.

[illegible] wirst/ das [illegible] est/ ihn auch [illegible] glauben [illegible]

[illegible] H.

[illegible]ITIONE.

[illegible] se accingas, imagi-[illegible] quæras, & quis sit [illegible] sapis. Sendiuog.

[illegible] est.

[illegible] quid velis face-[illegible].

[illegible] eiusdem libr.

[illegible] ill, cui rei debeas manum [illegible]

[illegible] naturam vindicator, & (b) [illegible] probe meditator.

[illegible] enim & cognitione naturæ [illegible] assequi artem, nisi singulari [illegible] tingar, vel per secretam a-[illegible]em: Sendiuog. Frustra ergo, [illegible]go, laborat ille, qui sine natu-[illegible] ad labores potrigit.

Digitized by Google

(b) Lull. c. 29. Theor. test.

Nota doctrinas nostras, & glosa fortiter per multas considerationes & reiterationis speculationes, si desideras nos intelligere.

Morienus.

Si quis philosophorum dicta inuenerit, in illis diligenter studeat, donec ea recto modo intelligat: cum diuturnitate enim meditationis immensæ scientiarum arcanum & incomparabilem thesaurum inuenit.

CONSECTARIVM.

Itaque ad praxin ne accedito, nisi in theoria diligenter versatus fueris.

Oportet enim, vt in hoc studio doctrina experimentum præcedat.

Lull. c. 53. Theor. test. sub finem.

Nisi per theoriam naturas intelligas, nullo tempore per practicam opus tuum corrigere scies: sed potius in errorem cades.

Teruisinus ad Thomam de Bononia.

Errare contingit ad opus accedere volentes, omisso & neglecto mentalis practicæ iudicio, quã theorica in animo operatur, priusquam ad opus conficiundum operationes accedant.

Razes.

Non potest facile eius in praxi manus inclarescere, nisi eius mens in theorica prius maceretur: ille enim ad operationes securus accedit, cuius in mente plures operationum imagines resul-

Digitized by Google

[illegible] in Ros.

[illegible] de gaudium.

[illegible] philosophia nec doceri, nec

[illegible] vexat. p. 932.

[illegible] auch daß die kunst/

[illegible] id est: Qui rem acutius

[illegible] attingit.

[illegible] lib. de imag. c. 12.

[illegible] speculiret / und hat deren dingen

[illegible] / darinnen er speculiret / lest er nicht

[illegible] ihm ernstlich angelegen seyn / so er

[illegible] cher speculation die practick. id est

[illegible] & res, quas speculatur, intelligit,

[illegible] sed follicite rem curæ, cordique

[illegible] speculationem talem practicam in-

[illegible]

III. Diligenter considerato, num propositum

[illegible] *natura concordet, an sit possibile; Ab exemplis discito apparentibus, ex quibus rebus*

[illegible] *modo & in quali vase natura ope-*

[illegible] uog. quem alias soleo Anonymum

Lesbum appellare.

CAPVT III.

[illegible]TIVA INSTITVTIONE.

[illegible] de hæc clauis omnium tutissima; sed

[illegible] ia, sed cum ea pauci ob artis summæ

[illegible] eminentiam, & seriam philosophorum

[illegible] ibitionem potiri queant, non possum ali-

Digitized by Google

quid de hac clausa proponere. Qui possidet hanc diuinam scientiam, eam nemini facile aperit: Qui vero non habet, docere nequit. Quod sane mouere debet magnates, ne credant iis, qui se exactissime artem tenere gloriantur. Et cum magnates huius seculi Hermetis arcanum propter abusum ad pompam & tyrannidem appetant, fere omnes indigni Dei iudicio habentur: Et si quis huiusmodi viris se aperiret, magisteriumq; demonstraret, sibi periculum fabricaret: id quod ex Sendiuogii Epilogo luculenter constat, vbi sic ait: Non dubito multos bonæ conscientiæ & voluntatis homines illud donum Dei clanculum possidere; Hi meo monitu exemplo, & meis periculis cautiores & prouidentiores facti, Harpocratis sibi commendatum habeant silentium: Quotiescunque enim me magnatibus detegere volui, semper aut in damnum aut in periculum mihi cessit.

CAPVT IV.

DE LECTIONE.

1. *Diligenter verorum philosophorum libros legito, & lectione assidua id, quod legisti repetito.*

Basilius Valentinus mihi p. 3.

Verachte mein freund auch nicht/ noch verschmehe die warhafftige Schrifften deren / die den Stein vor vns gehabt haben: Denn durch die offenbarung Gottes hab ichs von jhnen / vnd solch lesen muß vielfeltig vnd offter geschehen/ damit der grund nicht vergossen werde/vnnd die warheit/ wie ein Liecht verlesche.

Theo-

Digitized by Google

... in plenum ...

... lectionis ...

... Quo ...

... LUTERA.

... veratione philosophorum ...

... & recepta leges.

... a veritate longe

...

... diligenter studiis

... ex libris haurire veritatem,

... neque ex fabulosis

... consuimus.

... sequi debet: veritatem ...

... & non impostoram ...

... suis verbis eam docens.

... RATIO.

... philosophicos libros à fonte ...

... omnes illos libros ...

Digitized by Google

quos hoc in volumine Hermetico exhibeo & allego, conferto. Si ipsorum doctrina cum hisce libris conspirauerit, eos pro philosophicis habeto. Si n vero dissenserit, atque nihil nisi fictos processus ad solem & lunam conficiundam tibi obtulerit, sophisticos eos libros esse tibi certo persuadeto.

II. Sub initium studii Hermetici vnum librum tantum legito, ex cuius multoties repetita lectione errores vulgarium operantium dignoscere, terminis philosophorum assuefieri, generationem rerum naturalium intelligere, atque vestigationis veræ materiæ fundamentum certissimum ponere queas: post autores alios addito & conferto.

Hanc viam si iueris, ad propositam metam citius peruenies, atque nostra philosophia tibi magis dulcescet, quam si per multos libros superficiaria lectione sine requisito iudicio & debita obseruatione percurras. Ex multitudine potius con-
» funderis, quam proficies. Distrahit animum,
» ait Seneca, librorum multitudo. Itaque cum le-
» gere non possis, quantum habueris, sat est habe-
» re quantum legas. Sed modo, inquis, hunc li-
» brum euoluere volo, modo illum. Fastidientis
» stomachi est, multa degustare: Quæ vbi varia
» sunt & diuersa, coinquinant, non alunt. Probatos igitur semper lege, & si quando ad alios diuerti lubet, ad priores redi. Tutius ergo, ego aio, semper est vnius philosophi dictis, quamuis obscuris, pertinaciter adhærescere, in sensum eorum studiose

Digitized by Google

diose [illegible] & in vno [illegible] iacere, [illegible] legisse videas. Ego [illegible] Teruisini opusculum Her[illegible]. Tu tractatus quo de[illegible] quoque, qui in titulo sui libri [illegible] genus amare scribitur, tibi compa[illegible] certies cum summa meditatione [illegible]. Vix sine fructu, si modo Deu[illegible] cetta fide fultus imploraueris, [illegible] cum depones.

[illegible] opcero in legendo vtitor.

[illegible] Lull. c. 29. theor. test. Consi[illegible] magnostras, ne te (vt verbis philoso[illegible]) antiquorum librorum textus, qui [illegible] nonnunquam transponunt, decipiant.

CONSECTARIA.

I.

[illegible] ad naturam dicta philosophorum

Ludolph. Verdeman. præf. in test. Lull.

[illegible] philosophorum scripta non ex verborum cor[illegible] sed ex naturæ viribus intelliguntur.

Teruisinus.

Vos oportet dicta philosophorum ad naturæ possibilitatem, & non ad sonum verborum intel[illegible].

II.

[illegible] loca cum apertis conferto.

[illegible] enim vnius aperit doctrinam alterius.

Digitized by Google

Lull. c. 31. Theor. test.

Quod illam viam insistere debeamus, suo exemplo admodum pulchre docet. Teruisinus, vbi sic ait: Consideraui, quibus in locis libri maxime in eundem sensum inter se conuenirent, ibidem existimaui potissimum latere veritatem.

III.

Ea, circa quæ philosophi se errasse ingenue fatentur, probe notato, vt ab iisdem erroribus tibi caueas.

Sophisticos huiusmodi errores plurimos recenset à Bernhardo Comite Teruisino & Zacharia Gallo ex ipsorum libris intelligis: Tu modo attende & caue! nam

Felix, quem faciunt aliena pericula cautum.

IV.

Axiomata generalia à philosophis adducta eruito, & ante omnia exquisitissime pensitato.

Deducunt enim te ad veram luminis naturæ cognitionem, atque tibi iudicium ingenerant, quo sophistas dignoscas, atque veros philosophos ab iis facilime discernas.

IV. In lectione tamdiu perseuerato, vsq; dum mirabilem harmoniam & consensum dictorum philosophicorum videris.

Basil. Valentinus mihi p. 2.

Setze dein vornemen nicht in einen wanckelmut/ sondern folge dem gesatzten felß nach/ da alle weissen zusammen treffen: id est, propositum tuum haud sit incertum & dubium, sed immotæ petræ, in qua omnes sapientes conspirant, innititor.

Idem

Idem von der grosen heimlichkeit der welt mihi p. 197.

Es gehöret zu einem waren philosopho vielfeltiges fleissiges lesen vielerley Schrifften der alten weissen/ so für vns gelebet haben: vnd erwege solche wohl / mit offter widerholung. Mercke auch in solcher ernewrung jhr einhelliges gemüt/ da sie sämptlich zum ziel treffen. id est. Verus philosophus multoties scripta antiquorum sapientum, qui ante nos vixerunt, summa cum diligentia legere tenetur. Et tu ea sæpius repetita bene pensita, & dum repetis, vnanimem sophorum consensum, quo omnes vna ad scopum collimant, obserua.

Dionys. Zach. Gall. in præf.

Amatores huius artis rogo, vt omnibus dubiis, quæ circa singulas operationes in compositione necessarias versantur, collatis, & quæ sibi mutuo contradicere videbuntur, ænigmatum æquiuocationibus & figuris animũ adeo resolutum & liberum habeant, vt videant & intelligant, diuersa philosophorum verba in vnitate sensus conspirare, & non esse nisi meras concordantias.

Caput V.

De Operatione.

Operatio, clauis portæ nostræ, non contemnenda. Secundum hos canones instituitor.

I. *In Omnibus naturam imitator.*

Teruis. Auroræ consurg. cap 3.

Diuersos naturæ processus philosophi superaddu-

[illegible] per hanc adfirmarent, scientiam [illegible] naturalem, & in omnibus naturam imitari.

Dionys. Zach. Gall.

Quotquot naturam imitati fuere, ad huius artis notitiam peruenerunt.

Clangor Bucinæ.

Quis imitatur Alchymia inter omnes alias artes naturam: aliæ enim artes naturam imitantur [illegible]ltudinarie; Alchymia vero mera veritate.

Imitator vero naturam I. *In materia.*

Sic enim ait Zach. Gall. Si naturam ars imitatur, necessario fatendum est, ipsam vti simili materia qua natura. At natura in procreatione metallorum solo argento viuo vtitur. Itaque (vt cum Assiduo loquar) opus philosophorum & prophetarum non fit, nisi in solo argento viuo. Naturam exactissime imitamur, ait Teruisinus, quæ in suis mineris aliam non habet materiam, in quam operetur, præterquam puram formam Mercurialem. *II. In remotione extranei.* Teruis. Turba phil. Morienus. Itaque qui aliquid aliud quam Mercurialem naturam ad opus nostrum assumunt, sophistis merito associantur. *III. In pondere.* Quicunque naturam in his imitari volet, huius obseruet ordinem & pondera duntaxat. Teruis. Si velis, ait Sendiuogi⁹ tract. 12. vt natura melioretur in actu, solue corpus quoduis, & illud, quod naturę accessit heterogeneũ, separa, purga, cõiunge pura puris, cocta coctis, cruda crudis, secundum naturæ pondus, non materiæ. *IV. In colore.* Ita enim Teruisin⁹: Pro gradib. huius alterationis Mercurii (in nostro opere) per suũ sulphur diuersi colores oriun-

Digitized by Google

oriuntur, non aliter, quam per naturā in mineris: Colorum eiusmodi prmus est nigredo Saturnea: Secundus albedo Iouialis: Tertius Lunaris: Quartus Venereus: Quintus Martialis: Sextus Solaris: Septimus vero color vno gradu solarem vincit: siquidem materiam nostram perficimus, & plusquā perfectā reddimus post dictos colores rubeo sanguineoue colore exaltatissimo. *V. In igne.* Nam ignis duntaxat, ait Teruisinus, omnem artem regit, quo natura vtitur. *VI. In operando*: ars enim adiuuatur discendo ab operationibus naturæ. Teruis. *VII. In operationis tarditate.* Natura facit, ait autor Rosarii philosophorum mihi p. 214. suā operationem paulatiue: Ego vero volo, vt tu idem facias; imo secundum naturam tua sit imaginatio. Hinc philosophi festinationem prohibent.

II. Non operator, nisi rationibus certis, quæ vel ex frequenti & assidua lectione tibi natæ fuere, vel lumine naturæ niti videntur, ad operandum permouearis.

Ab alterius, qui tibi aperte auri conficiundi rationem, & Mercurii fixationem, aliaque plura pollicetur, nudis verbis & sophisticis processibus plane nihil ad operandum flectaris, imaginare tu potius ex natura secundum naturam, quid tibi fuerit faciundum: Nam multo melius est cerebro & imaginatione prius discedere, quam re, quam manu & sumptibus. Teste Sendiuogio.

III. Operationes tuæ non sunto vulgares.

Itaque 1. varia & multa chymicorum vasa. 2. ignem, quem vulgus chymicorum adhibet, & 3. instrumenta vulgaria reiicito: Sed tibi vas vnum,

ignis

Digitized by Google

ignis vnus, instrumentum vnum, & regimen vnum esto.

IV. Diligenter operator.

SCALA PHILOSOPH.

Cum in opere fueris, adsit assiduitas, & patientia cum expectatione congrua, cuius finis commodum & læticia: absit pigrities & negligentia, & festinatio diabolica, cuius finis damnum & tristitia.

PORTÆ HEMETICÆ SAPIENTIÆ FINIS.

Laus Deo.

PHI-

Digitized by Google

PHILOSOPHIÆ HERMETICÆ

Tractatus Tertius, qui est

SILENTIVM HERMETICVM,

Quo tacenda HERMETIS Philosophia compendiose & neruose *Describitur ab*

HENRICO NOLLIO.

PRÆFATIO.

HVNC tractatum, suauissime Lector, Silentium voco Hermeticum, quia id, quod in eo proponitur, sub alto silentio à philosophis tractatur, & variis ænigmatibus, parabolis, & figuris velatur, ne indignis reueletur, sed solius veritatis studiosis, & piis animis otium per negotium quærentibus, nimirum sincerioris doctrinæ filiis innotescat. Philosophiâ vero HERMETIS *hoc in libello certis*

Digitized by Google

erotematum & responsionum formulis depingere & describere placuit non alia de causa, quia sic lubuit, & huiusmodi docendi ratio doctissimis viris probari solet.

Quid ergo est HERMETIS, antiquorumque sophorum vera philosophia?

PHILOSOPHIA antiquorum sapientum non est studium altercandi à sophistis ad Academias translatum, sed est spiritus vniuersi (quem vulgo naturam appellitant) omnia in omnibus operantis, rerum conseruationem promouentis, vitam omnium viuentium perpetuantis, generationem procurantis, atque defectus omnes sua ipsius præsentia & efficaci actione tollentis scientia.

Quid est spiritus vniuersi?

Spiritus vniuersi est essentia subtilissima, per omnes creaturas hoc mundo comprehensas diffusa, summa agendi potestate prædita, penetratione sua omnibus robur & vires concilians, atq; ita disposita, vt corpora, quibus inest, conseruet, vegetet, animet, atque ab omni imperfectione liberet, si modo perfectionis fuerint capacia.

Vnde est autem spiritus hic vniuersi?

A Deo sub initium mundi creatus, atque corporeæ mundi substantiæ incorporatus est, itat a-

men

Digitized by Google

men vt in constantiori corpore maiori cum virtute & copia inueniatur.

Quodnam illud corpus est, in quod spiritus vniuersi copiose transfusus est?

Est corpus omnium subtilissimum, & à corruptione, crassitieque remotissimum, nimirum cœlum, quod per astra & luminaria sua summam vniuersi situs copiam possidentia in hæc inferiora corpora vim & essentiam vniuersi demittit, vt hinc in vigore persistant, ad vitam disponantur, animâ imprægnentur, atque ab omni imperfectione ad perfectionem certis mutationum gradibus prouehantur.

Estne ex dicto spiritu vitæ infinita constantia & perpetuitas?

Philosophi quidem huic spiritui, cum sit naturæ constantissimæ & perfectissimæ, illud potestatis tribuunt, qua perpetuum primaria & cœlestia corpora persistunt: sed cum homo propter peccatum in Deum commissum morti sit obnoxius, in hisce inferioribus creaturis prolongationem vitæ, non perpetuitatem operatur: Homo enim, quia in Deum peccauit, legemque diuinam transgressus est, factus est haud capax perfectionis cum perpetuitate & æterna constantia coniunctæ.

Igitur, vt audio, operatur vitæ prolongationem?

Imo patriarchæ per spiritum & animam mundi vitam in multos protraxere annos. E minera-

Digitized by Google

libus auro summam iste spiritus impertit constantiam: Huius enim corpus cum spiritu vniuersi summe sit impregnatum, atque ad summam sit deductum perfectionem, elementa eius adeo sunt adæquata, vt nec ab aere alterari, neque ab aqua mutari, neque ab igne consumi, neque à terra exedi possit. Atque hinc Paracelsistæ nobilissimam medicinam ex auro eliciunt, dum in spiritualem naturam illud transplantant, atque è fixo volatile conficiunt.

Quo medio spiritus vniuersi haberi potest?

Eo medio, per quod è cœlestibus luminaribus sublunari creaturæ communicatur, & incorporatur, dubio procul acquiritur. Iam vero aqua est medium, cuius interuentu non tantum mineralia & metalla, sed etiam vegetabilia & animalia de spiritu ex sole & luna, cæterisque stellis defluēte participent. Quis ergo in aqua spiritum vniuersi quærendum esse inficiari poterit? Et Moses ipse Geneseos primo Spiritum Domini ferri super aquas ingenue fatetur.

Spiritus vniuersi estne lapis Philosophorum?

Non per se, quatenus iam actu omnia sustentat & conseruat, sed quatenus iam ex vniuersali medio in medicinam eminentissimam philosophica digestione decoctus est, dicitur & est lapis philosophorum.

Quid ergo est lapis philosophorum?

Lapis philosophorum est spiritus vniuersi, in cubatu

cubatu suo actuans aquas, atque in medicinam tam superiorum, quam inferiorum virium habitaculum digestione philosophica deductus, eaque virtute præditus, vt imperfectis substantiis perfectionem sua ipsius communicatione ingeneret.

Quanam est perfectio, quam lapis sophorum rebus sui communicatione impertit?

Lapis legitime administratus metalla imperfecta in auri statum deducit, vegetabilibus maturationem, virorem & vigorem inducit, animaliaque quæcunque, siue sint bestiæ, siue rationales creaturæ, si quo morbo infecta fuerint, stupendum in modum ab eo sub minima dosi liberat.

At impossibile est, aurum ab arte fieri posse, & vnam medicinam omnibus morbis mederi?

Verum est, ab arte non posse produci substantiam, ac proinde nec aurum; sed sine natura artem intellige: Naturæ enim subsidio, si auri primordia habentur, aureitatem imperfectis metallis inscribi posse nemo inficiabitur, cum philosophorum chorus vnanimi consensu id ipsum asseueret, & hoc per ipsam experientiam ante hæc secula toti orbi innotuerit. Ars tantum hoc in negocio auxiliatur naturæ. Vnam vero medicinam omnibus posse mederi morbis, vel ex hoc constabit, quod vna hominis natura est, vna materia, vnus cibus omnibus hominibus in vniuersum satis faciens, vnus potus omibus animantibus

Digitized by Google

sufficiens, vnusque Deus, qui hominem condidit. Vno conseruatore dato, dabitur & vnum quid, quod à morbo quemlibet custodiat & liberet: Liberare enim à morbo conseruare est: quamuis non omne conseruare sit à morbo defendere. Conseruãtur enim & ii, qui nondum in morbum prolapsi sunt. Præterea ex abundanti iam concludo hoc syllogismo. Id quod omnium tam superiorum quam inferiorum vires in se continet, omnibus morbis mederi potest. Atque lapis philosophorum omnium tam superiorum, quam inferiorum vires in se continet: Ergo lapis philosophorum omnibus morbis mederi potest. Propositio sua luce radiat, nec negari potest. Assumptum philosophorum consensus stabilit, & HERMES in tabula Smaragdina id ingenuè affirmat, nec illud alio modo hic probare licet: ne indignis mysterium & miraculum macrocosmi vnicum & summum pandatur. Qui vero meos omnes tractatus Hermeticos diligenter legit, meditatur, & sæpius attente repetit, euidentissimam assumptionis probationem exinde percipiet. Caligo enim oculorum ex crebra repetitione & immensa meditatione discutietur, & intellectus cælestis lucis radiis illuminabitur, vt, quæ mundus in tenebris delicias & otium quærens cernere non potis est, dilucide veluti in clarissimo speculo suam ipsius imaginem sincerioris nostræ sapientiæ veritatem videat.

Ex qua materia habetur lapis philosophorum?

Ex aqua viribus superiorum & inferiorum imprægnata.

Assu-

Assumiturne sola aqua ad lapidis productionem?

Assumitur. Sic enim autor Rosarii philosophorum mihi p. 214 ait: Moneo te, vt totum tuum intentum sit in decoctione aquæ, & ne tædeat te, si vis habere fructum, & non cures de aliis rebus vanis, nisi de sola aqua: Coque ipsam paulatim putrefaciendo, donec mutetur de colore in colorem perfectum. Quare Morienus & Aros iubent, vt imitemur naturam, quæ in mineris in nullam rem aliam operatur, quam in pure mercurialem formam. Vide Teruis. mihi p. 298. Si per solum Mercurium perficere poteris magisterium, preciosissimi operis eris indagator; ait Geber. Si cum Mercurio, ait Thomas Aquinas c. 4. lib. ad Rainaldum, nulla re extranea addita, operatus fueris, consequeris optatum, &c.

At ex aqua & terra lapis constitui philosophis dicitur?

Dicitur quidem, sed ea de caussa, quia aqua sophorum terram actu in se habet, quæ in ipsa operatione prodit, quando ex aqua generatur.

Estne igitur vna materia lapidis?

Vna. Audi Morienum, qui mihi p. 25. sic ait: Huius rei prima & principalis substantia & materia est vna & de ea est vnum & cum ea fit, neque ei aliquid additur vel minuitur: Id quod & Hercules quidam Rex & philosophus approbat, dicēs: Hoc magisterium ex vna primum radice prouenit, quæ postmodum in plures res expanditur, & iterum ad vnam reuertitur. Quare paulo post Morienus p. 27. Multiplicia quidem, inquit, eius

Digitized by Google

radicis sunt nomina, sed si ea, quæ supra dicta sunt, recto ordine inspexeris, vnam eius radicem & substantiam & materiam inuenies.

At philosophi fœminam & masculum simul requirunt?

Requirunt quidem, sed id ea de caussa non fit, quod duæ sint res distinctæ & à se inuicē separatæ in nostro opere, sed quod in vna nostra materia duæ sint substantiæ, fixa & volatilis, quarum hæc nomen fœminæ; illa vero nomen viri obtineat. Sperma nostrum Hermaphroditicum est, omnia, quibus opus habet, in se continet. Vnde lapis philosophorum dicitur seipsum perficere, & coagulare: Modo fiat administratio ignis legitima.

Quomodo & aqua philosophorum lapis præparatur?

Aqua in terram philosophico processu vertitur. Terra continuo irrigatur, & exinde in crystallinam, pellucidamque aquam transmutatur, postmodumque eodem processu rubicundissimus prodit. Quæ, aqua nimirum & ignis, si in vnam essentiam coaluerint, medicina medicinarum, quam supra declaraui, inde proueniet. Sapienti satis.

SILENTII HERMETICI SILENTIVM.

Laus Deo vni in æternum. Amen.

PHI-

Digitized by Google

PHILOSOPHIÆ HERMETICÆ

Tractatus quartus, seu

AXIOMATA HERMETICA,

In gratiam eorum, qui ad veram Hermetis Sapientiam adspirant,

Collecta ab

HENRICO NOLLIO.

PRÆFATIO.

TRactatus hic est meæ Hermeticæ philosophiæ quartus, in quo axiomata seu generales sententiæ ad medicinæ Hermeticæ, quam lapidem antiquorum philosophorum vocitant, cognitionem quoquo modo deducentes ex Sapientum libris proponuntur, & explicantur. Si hæc axiomata attente legeris, atque ad naturæ fontem examinanaueris, facile philosophiæ nostræ immotum fundamentum tibi innotescet, & dubio procul dignus eua-

Digitized by Google

des, qui ad intima Hermeticæ Sapientiæ penetralia admittaris, atque in genuinum Hermetis filium adopteris. Verum vt debito ordine omnia hic proponantur, quinque huius tractatus axiomatici capita faciemus, quorum primum axiomata de generali magisterii indagatione; 2. de materiæ veræ vestigatione. 3. de materiæ præparatione; 4. de lapidis creatione; & 5. de lapidis philosophici multiplicatione exhibebit.

AXIOMATVM HERMETICORVM

CAPVT I.

DE MAGISTERII GENERALI indagatione.

I. Quod potest fieri per pauciora, frustra fit per plura.

Scala phil. p. 130. Querc. pharmac. restit. p. 314. Itaque cum materia philosophici magisterii vna sit, neq; & philosophorum sententia præter illam vnam materiam quicquam sit ad opus nostrum assumendum. Errant omnes ii longè, qui duas vel plures materias diuersæ essentiæ & naturæ præparant, atque in medicinam Hermetis concoquere intendunt.

II. Ars

Digitized by Google

II. Ars substantiam non producit.

Ἡ τέχνη, inquit Pachymerius, οὐσίαν οὐκ ἀπεργάζεται. Vnde Lull.c.53.Theor.test.p 93.b.Ars non potest dare formam substantialem rebus, sicuti facit natura per ingenium suæ nobilis operationis: ideo necesse est arti ad naturam recurrere, vt eius substantiales formas, quas iam creauit, ad formandum corpus obtineat. Hoc saltem ars potest, nempe auxiliari naturæ, habito semine. Quemadmodum id euidenter agricultura docet: vbi agricola semen creat nullum, sed tantum arando, occando & stercorando agrum colit, atque eo disponit, vt semen iam ante à natura creatum fœcundiores ferat fructus. Olitor etiam hic tibi exemplo erit. Hic non creat surculum, quo arbores propagare nouit, sed iam à natura in sua arbore productum atque inde rescissum alii trunco adhuc viuo inserit, vt in eo in arborem magnam excrescat, atque plures proferas fructus, quam si in sua prima arbore relictus fuisset. Quod bene notabunt sophistæ, qui semen auri ex rebus alienis, nempe ex vitriolo, sale, alumine, stercoribus, ouis, imperfectis metallis, &c. per artem fabicare student non cogitantes, semen auri esse substantiam iam dudum à sole & luna creatam, suoque primordiali corpori insitam; ac proinde omnis artis operam frustraneã esse in producendo semine, quod Deus naturę inclusit: cum ars vi nostri axiomatis substantiam non producat.

III. Non inuenitur in re, quod in ea non fuerit antea. Arnold.c.10.lib.1. Ros.c.Teruis.p.7.

CON-

CONSECTARIVM.

Itaque nullus à natura debet petere, quod non habet, nec habebit vnquam.

Lull.c.18.Theor.test.p.35.

Catholicum ergo remedium ne quære in particulari corpore. Catholicum è solo catholico desumẽdum est. Auari eum nihil nisi aurũ noctesque diesq; meditentur, auri veram tincturã quærẽtes nihil de vniuersali medicina cogitãt, ac proinde id quærunt in rebus, quod in iis nõ cõtinetur. Tinctura nostra physica generalis est; atque non tantũ ad minerale & metallicum regnum, sed etiã ad vegetabile & animale spectat. Itaque tinctura auri non tantum vestiganda est: sed tinctura vniuersi æque tria sublunarium corporum regna respiciẽs. Hęc cum ex auro vulgari hauriri nequeat, ex alio corpore, quod communiter corpora mineralia, vegetabilia & animalia ex æquo pure concernit, atque vere viuum est, desumatur necesse est: in illo enim, quod catholicum est, catholicum remedium facilius habebitur, quam in illo, quod particulare est. Subque vno regno tantum militat.

IV. Omnis natura naturaliter perfici desiderat, ac destrui abhorret.

Rosar.phil.mih: p.395.

Destructio est duplex: violenta & naturalis. Violenta est, qua semen corporis penitus destruitur, atque corpus inhabile ad suæ speciei propagationem efficitur. Huiusmodi destructionem quodlibet corpus fugit: Naturalem vero corruptionem

Digitized by Google

ptionē maxume desiderat desiderio natura. Naturalis enim corruptio fit cum seminis conseruatione, quippe essentia seminis per eiusmodi corruptionem magis magisque perficitur: vt videmus in semine humano, quod in vtero matris destruitur, vt inde fœtus & homo fiat. Simili modo nostrū semen in aqua nostra putrescit, corrumpitur, & secundum externam formam destruitur, vt inde magis magisque in perfectionem & summum multiplicationem, ingenio philosophi sic disponente, deducatur.

V. Nulla materia potest perfici, nisi patiatur diu. Lull. cap. 25. theor. test. p. 46.

Inspice Generationem tritici, quod per multas septimanas in terra iacet, in eaque variis & longis passionibus sabiacet: putrescit enim cum longa mora, dum humorē vegetabilē paulatim & non subito in se absorbet, & pars post partem perfecte soluitur, vt inde id, quod intus in profundo fuit absconditum, facilius prodeat & progerminet. Semen virile in vtero fœminæ non alteratur subito, sed cum mora, quia humorem animalem quo nutritur, & soluitur, paulatim attrahit, atque hinc vt plurimum post quadraginta septimanas fœtus excluditur perfectus. Similiter philosophi volunt, in creatione lapidis sui non esse festinandum, sed patienter propter moram, quæ est in opere magisterii propter elementorum repugnantiam maxima, operandum, vsque dum arcanum philosophorum absolutum fuerit.

VI. Succurrendum est naturæ per artem (in eo) quod omissum est per naturam.

Scala

Digitized by Google

Scala phil. p. 13. Lull. c. 57. theor. test.

Sic cum natura agrum excolere nequeat, ars naturæ venit subsidio, agrum aratro proscindit, fimisque impinguat conuenientibus, vt semen iniectum vberiores fundat fructus. Sic & philosophicæ nostræ materiæ hoc auxilii ferentes, eam certo vasi includimus, in eoque tandiu igne nostro humido coquimus, vsque dum in sua propria aqua solis filius in rubicundissimam medicinam permutetur, fixissimaque inde tinctura prodeat.

VI. Natura non emendatur, nisi in sua natura propria.

Teruis. p. 14.

Hoc est, vt ipse Teruis. p. 35. explicat: natura metallica non emendatur, nisi in sua natura metallica, & non in alia quauis. Huc refer quod Sendiuogius tract. 1. de natura ait: Si præstantius quid moliris, quam natura, animaduerte in quo & per quid melioretur. Et semper id fiet in suo simili. Exempli gratia; Si cupis metallum (quæ est nostra intentio) vlterius, quam natura fecit, in virtute promouere, naturam accipere oportet metallicam.

VII. Natura natura lætatur, & naturam continet, & natura naturam vincit.

Quia bis vocabulum *Naturæ* ponitur, duo esse, quæ magisterium nostrum constituunt, intelligito, sed cum hæc duo in eadem sententia eodem vocabulo, mutato saltem casu, exprimantur, vnius naturæ & essentiæ ea esse certo statuito. Naturæ vero eæ dicuntur fixum & volatile. Fixum in operatione nostra continet naturam volatilem, ne ab

Digitized by Google

ne ab igne fugiat: volatilis natura fixam substantiam sibi natura ita inclusam habet, vt sensum fugiat, neque ante decoctionem debitam videatur. volatile à fixo tum superatur, quando ab eo figitur, atque sibi ita incorporatur. vt aduersus ignis vehementiam sub forma perfectæ medicinæ consistat: Fixum à volatili vincitur, quando in volatilem naturam à volatili mutatur, atque sub mercuriali forma apparet.

VIII. Ignorato motu, ignoratur natura. Arist.

Sine motu enim nihil generatur.

Lull. c. 49. theor. test.

IX. Omne quod eandem cum aliquo composito operationem efficit, est eidem per omnia simile. Zach. Gall. p. 77.

Id est: vbi eædem operationes, ibi eadem essentia; vt ait Athanasius dial. 2. de Trinitate. Itaque aurum philosophica proiectione productum cũ easdem cum auro à natura generato operationes habeat, eandem quoque cum eo essentiam habet.

X. Nullus transitus potest fieri vnius extremi ad alterum, nisi per medium. Lull. c. 78. theor. test. Arnold. Rosarii sui lib. 1. c. 10.

Priusquam igitur terram in aera transmutas eam in aquam transformabis: aqua enim inter terram & aera est media: & antequam aquam in ignem vertis, eam in aere mutabis. Hic enim est inter aquam & ignem medius, &c.

XI. Me-

Digitized by Google

XI. Metalla transmutari non possunt, nisi in primam reducantur materiam.

Nam, quando metalla, ait autor Clangoris Buccinæ p. 487. ad primam materiam reducuntur, habetur proprium sperma eorum, ex quo artificialiter generantur.

XII. Simile in simile non agit, ac proinde simile à simili non patitur. Ros. phil. p. 233.

Intellige id, quod est alii per omnia simile. Sic corpus in corpus, & spiritus in spiritum omni ex parte similem non agit. Atque hinc dissimilia in nostra arte habemus: *Vnum est indigestum, immaturum, crudum, imperfectum, humidum, molle, volatile: Alterum est digestum, maturum, coctum, perfectum, siccum, durum & fixum.* Illud quia volatile est, dicitur spiritus: Hoc quia fixum, corpus. Dissimilitudo hæc est in qualitatibus, non in essentia: vt aperte ex hoc Arnoldi dicto patet: corporis soluti & aquæ soluentis vna natura est, nisi quod natura corporis completa est, digesta & fixa: aquæ autem natura incompleta, digesta & volatilis, per hanc accidentariam dissimilitudinem spiritus & corpus appellantur inimici. Quo refer illud philosophorum: Fac pacem inter inimicos, & habebis, quod quæris.

XIII. Immaturis succurrendum est per matura. Ros. phil. p. 301.

Vnde idem autor p. 232. Corpus, ait, perfectum per nostrum magisterium iuuat & perficit imperfectum sine mixtione alicuius rei extraneæ.

XIV.

Digitized by Google

XIV. Omne peius laborans in aliqua arte, de sua naturali malitia melius destruere nititur; & omne melius laborans in aliqua arte peius perficere conatur. Ros. phil. mihi p. 296.

XV. Omne quod alterat, in alterandum intrat.

Quicquid enim ingreditur, transmutat: infit autor Ros. phil. mihi p. 358. Et quod non intrat, non alterat.

Treuir. ad Thomam de Bononia p. 103.

XVI. Omne subtile ingreditur in omne grossum.

Hermes citante Senior. p. 164.

XVII. Aqua quæ dissoluit corpora, ab iis vicissim inspissatur.

Treuir. ad Thomam p. 63.

Corpora non dissoluit aqua, nisi illa, quæ fuerit suæ speciei, & quæ à corporibus inspissari poterit.

Idem p. 58.

In vegetabilibus humor aquæ simplicis pro dissolutione interna sumitur, vt res congelatæ in illam suos effectus diffundant: & rerum dissolutio contingit cum aquarum congelatione; & congelatio aquæ cum rerum dissolutione: Sic & eodem fit modo in aqua minerali cum suis speciebus.

Scala phil. mihi p. 132.

Non subtiliatur terra, nisi inspissetur aqua, nec aqua inspissatur, nisi subtilietur terra: id est

Digitized by Google

Solutio corporis fit cum congelatione spiritus, & congelatio spiritus fit cum solutione corporis. Lull.c.19.theor.test.p.37.& c.94.p.157.b. Quantum ergo corpus soluitur, tantum spiritus congelatur.

XVIII. Corpus grossum (spissum) cum simplici (subtili) & simplex cum grosso propter contrarietatem se coniungere non potest, nisi grossum in subtilitatem per suum simplicem spiritum conuertatur: & tunc sunt commiscibilia. Ros.phil. mihi p. 305.

Calid. lib. 1. Secretorum p. 332.

Cum iam corpus attenuatum fuerit & subtiliatum, & exierit à sua densitate & spissitudine ad tenuitatem, & à grossitie & corporeitate ad spiritualitatem, tunc commiscebitur spiritibus, & imbibetur in eis: Et sic vterque euadent vnum & idem, & non separabuntur: sicut nec aqua mixta aquæ.

XIX. Glacies per minima non coniungitur aquæ, nisi calore in aquam vertatur. Confer Rosar. phil. mihi p. 298.

XX. In calcinatione philosophica nulla debet fieri corporis diminutio; imo potius multiplicatio. Querc. resp. ad Aubertum p. 66.

Aqua enim, qua philosophi calcinant, cum corpore calcinato vnũ quid est, & in vnam naturã arctius coalescit, ac proinde corporis pondus adauget. Id quod sophistæ obseruabunt, vt suum errorem agnoscant, dum ita calcinando corpora cor-

Digitized by Google

corrumpant, vt pondus ipsorum minuatur.

XXI. Calx non sublimatur, nisi Mercurio se incorporet. Arnold. Ros. sui lib. 2. c. 18.

Corpus, quod non est aqua, vna cum aqua fit aqua: ait Agadmon in Turba.

XXII. Nihil fructum in nostra arte facit, nisi prius sit mortificatum. Exerc. Turbæ p. 170.

Quod enim seminas, non viuificatur, nisi moriatur; ait Apost. c. 15. v. 36. 1. Corinth. Qui ergo, ait autor Auroræ consurg. p. 213. argentum viuum sciuerit occidere & mortificare, magister & philosophus in hoc opere appellatur: nam argentum viuum, teste Rosar. phil. p. 252. per se nihil valet: cum vero mortificatur cum corpore occulto, tunc valet, & viuit vita incorruptibili. Et hoc corpus est de natura Solis.

Hermes c. 3. de comp. p. 117.

Oportet nos duo argenta viua simul mortificare & venerari.

Basil. Valent. im vierten Schlüssel.

Wo erstlich kein erden wird/ da kan auch kein aufferstehung folgen in vnserm werck: Dann in der erden steckt der natürliche Balsam/ vnnd das Saltz derer/ so da aestiche haben die wissenschafft aller ding. id est: Nisi primum corpus in terram abeat, non poterit in nostro opere resurgere: nam in terra naturæ balsamus, & sal eorum qui omnium rerum scientiam vestigarunt, continetur.

Digitized by Google

XXIII. Idem ipsum, quod mortificat, id & viuificat. Parm. Turbæ p. 8.

Seu vt Lull. c. 42. theor. test. ait: Id quod corrumpit, hoc idem creat. Sic infit autor Scalæ phil. Vnde fit corruptio, inde fit vita & regeneratio. Natura, quæ regit corpus, ait Parmenides dicto loco, illudque diruit, ac in pulverem & in nihilum conuertit, idem deinde renouat, reiterat & gignit frequenter.

Teruis. 4. part. Alchymiæ.

Rex occiditur à fonte & per ipsum resuscitatur.

XXIV. Omnis res habens semen multiplicatur in eo, sed non absque naturæ auxilio. Sendiuog. tract. 6. p. 25.

Nihil enim sine semine nascitur: Sendiu. tract. 7. & crescit, eodem test. tract. 6. p. 27. Quare si metalla multiplicari debent, necesse est, ea semine non destituantur. Ne vero longe ab inuentione seminis metallici aberres, scito, semen metallorum vero & realiter ipsis inditum Sendiuog. tract. 6. p. 27. Nec minus scito, illud etiam alibi in subiecto liberiori, & non adeo compacto reperiri. Meditare, & ἓν Θεῷ inuenies.

XXV. Omnis res in mare & fœmina multiplicatur. Sendiuog. tract. 6. p. 28.

Non enim ingenio artificis ex vno vnum creatur; quia id solius Dei est proprium: sufficiat te posse ex duobus creare vnum tibi vtile. Sendiuog. eiusdem tract. p. 29.

XXVI. Non tantum granum, vel corpus ver-

Digitized by Google

vertitur in semen, sed tantum est in corpore scintilla aliqua necessaria, quæ à suo corpore custoditur, ab omni excessiuo calore & frigore.

Sendiuog. tract. 3. p. 18.

Si habes aures & sensus, hic animaduerte, & securus eris, non tantum ab illis, qui locum spermatis ignorant, totumque granum in semen reducere nituntur; verum etiam ab his omnibus, qui in solutione metallorum versantur, vana, & metalla per totum soluere volunt, vt postea ex illorum commixtione mutua nouum creent metallum: Vide eundem Sendiuogium dicto loco.

XXVII. Virtus cuiusque seminis est vnicuique rei in suo regno se coniungere. Sendiu. tract. 7. p. 31.

Semen enim non miscet se naturaliter alicui rei extra regnum suum. Send. ibidem. Regnum naturæ est triplex; minerale, animale, vegetabile. Vt ergo vnumquodque secundum naturam propagetur, mineralia mineralibus, animalia animalibus, & vegetabilia vegetabilibus coniunguntor, id quod datum axioma postulat.

XXVIII. Pura matrix purum dabit fœtum.

Sendiu. tract. 8. p 33.

Pura ea dicitur matrix, quæ aliena natura non est conspurcata, sed impuritatibus omnibus depositis, cum semine cum suo regno mirabilem harmoniam obtinet.

XXIX. Ignis seu calor non aliter excitatur, nisi motu. Sendiuog. tract. 12. p. 45.

Quod facile videre est apud fabrum ferrarium,

Digitized by Google

ferrum lima comminuentem, quod eatenus motu vehementiori incalescit, ac si igne incanduisset.

XXX. E fixis sales redduntur volatiles per solam proprie aquæ Mercurialis additionem. Querc. pharm. restit. p. 445.

Sic ex cinere vegetabilis alicuius corporis per aquam nubis vegetabilem sal vegetabile elicitur. Similiter ex calce metallorum philosophice præparata sal metallicum per aquam metallicam philosophice deducitur, atque è fixo corpore in volatilem naturam permutatur.

XXXI. Totum magisterium vno modo incipitur & finitur. Lud. Puer. p. 190.

Scilicet coquendo.

XXXII. Totum opus & regimen non fit nisi aqua. Afflict. in Turba. sem. semitæ p. 439.

Si æs nostrum, ait Custos Turbæ p. 24. aqua rexeritis, omnia prædicta inuenietis.

CAPVT II.

DE VESTIGATIONE MATERIÆ.

I. Omnis res est de eo, & ex eo, in quod resoluitur.

Arnold sem. Semitæ p. 473.

Sic glacies est ex aqua: resoluitur enim per calorem in aquam. Metalla ex argento viuo constituun-

Digitized by Google

tuuntur: resoluuntur enim artificio philosophico in illud, & quidem in operis initio. Vide Thom. Aquinatem ad Rainald. p. 35.

II. Vbi vera principia deficiunt, necessario progressus deficit & generatio eorum, quæ à veris principiis debent oriri. Pet. Bonus.

Cum itaque aurum debeat esse verum, quod philosophorum proiectione efficitur, illud quoque ex principiis veris constituitor, ac proinde omnes, qui ad auri veri productionem adspirant, videant, vt veri auri vera principia sine alienæ naturæ immixtione habeant. Quæ si habuerint, ad optatum finem sunt peruenturi.

III. Vbi natura(a)*desinit, ibi ars incipit.*

(a) In metallicis videlicet coram oculis nostris perfectis corporibus. Sendiuog tract 4. p. 20.

IV. Ars Hermetis in multis rebus non perficitur.

Lull. theor. test. c. 18. Arnold. c. 6. lib. 1. Rosari sui. Rosar. phil. p. 206.

Lapis enim vnus, vna medicina, vna materia, vnicum medium, quo perficitur, vt Liuius citante Zach. Gall. p. 76 aperte docet.

V. Materia arcani esto(a)*pura*,(b)*incorruptibilis, ac proinde*(c)*incombustibilis.*

(a) Puram esse debere materiam magisterii hæc loquuntur dicta.

Lull. c. 71. theor. test.

Digitized by Google

Fili, lapis noster nunquam fieri potest, nisi de pura natura.

Arisleus in visione. Citante Ros. phil. p. 246.

Non assumas naturam, nisi puram, mundam, amœnam, terream, & rectam.

Agadmon. in Turba.

Non ingreditur alienum, neque quippiam, nisi quod sit sincerum.

(b) Incorruptibilis esto lapidis Hermetici materia, quia id, quod omni corruptioni tollendæ destinatum est, nulli corruptioni obnoxium esse, ac proinde ex eo, quod ab omni corruptione alienum est, sumi debet; vt ait autor Dialogi, qui vulgo Lullio adscribitur p. 446. Ex re corruptibili vniuersalis medicina elici non potest: id enim, quod seipsum ab omnibus corruptionibus præseruare nequit, multo minus alienas naturas ab omnibus morbis liberabit. Velle præseruare, ait Lullius, per rem putridam, & corruptibilem, & reformari per rem fœdam, & deformitati subiectam, & velle facere incorruptibile per rem corruptibilem & infirmum curare per rem infirmam est phantasticum & inane.

(c) Tinctura non est in corpore combustibili; ait Senior. p. 63. Vnser Stein der vhralten wechset nicht aus dingen/ so verbrenlich seyn: Basil. Valent. lib. de phil. lapide p. 4. id est: Noster lapis philosophorum non nascitur ex rebus combustibilibus.

VI. Semen lapidis philosophici ne in elementis quaeriso.

Ita

Ita Basil. Valent.

Es ist nicht von nöten/daß du deinen samen in den elementen suchest; denn so weit ist vnser same nicht zu rück gesetzt/ sondern es ist ein nähere statt/ darinnen vnser same seine gewisse wohnung vnd herberg hat. id est; Non necesse est, vt quæras tuum semen in elementis: Nostrum enim semen non tam longe remotum est, sed alius locus propinquior est, in quo certam & fixam sedem semen habet.

VII. Materia lapidis philosophici mercurialis est.

Teruisinus.

Opus nostrum fit ex vna radice & ex duabus substantiis mercurialibus. Hinc philosophi vnanimi consensu approbant hunc decantatissimum versiculum:

Est in Mercurio quicquid quærunt sapientes:

VIII. Nihil alieni ad opus nostrum assumendum Teruis.

Itaque id, quod non est Mercurius, ex nostro opere reiicitur.

IX. E Metallis lapis philosophorum conficitur.

Hermes lib. de comp. p. 119.

De cauernis metallorum lapis occultus est.

Teruisinus mihi p. 16. & 17.

Materia nostra componi debet ex argento viuo, & hoc alibi non reperitur, quam in metallis.

Digitized by Google

CONSECTARIVM.

Itaque nullus à natura debet petere, quod non habet, nec habebit vnquam.

Lull.c.18.Theor.test.p.35.

Catholicum ergo remedium ne quære in particulari corpore. Catholicum è solo catholico desumẽdum est. Auari cum nihil nisi aurũ noctesque diesq; meditentur, auri veram tincturã quærẽtes nihil de vniuersali medicina cogitãt, ac proinde id quærunt in rebus, quod in iis nõ cõtinetur. Tinctura nostra physica generalis est; atque non tantũ ad minerale & metallicum regnum, sed etiã ad vegetabile & animale spectat. Itaque tinctura auri non tantum vestiganda est: sed tinctura vniuersi æque tria sublunarium corporum regna respiciẽs. Hęc cum ex auro vulgari hauriri nequeat, ex alio corpore, quod communiter corpora mineralia, vegetabilia & animalia ex æquo pure concernit, atque vere viuum est, desumatur necesse est: in illo enim, quod catholicum est, catholicum remedium facilius habebitur, quam in illo, quod particulare est. Subque vno regno tantum militat.

IV. Omnis natura naturaliter perfici desiderat, ac destrui abhorret.

Rosar.phil.mihi p.395.

Destructio est duplex: violenta & naturalis. Violenta est, qua semen corporis penitus destruitur, atque corpus inhabile ad suæ speciei propagationem efficitur. Huiusmodi destructionem quodlibet corpus fugit: Naturalem vero corruptionem

Digitized by Google

ptionē maxume desiderat desiderio natura. Naturalis enim corruptio fit cum seminis conseruatione, quippe essentia seminis per eiusmodi corruptionem magis magisque perficitur: vt videmus in semine humano, quod in vtero matris destruitur, vt inde fœtus & homo fiat. Simili modo nostrū semen in aqua nostra putrescit, corrumpitur, & secundum externam formam destruitur, vt inde magis magisque in perfectionem & summum multiplicationem, ingenio philosophi sic disponente, deducatur.

V. Nulla materia potest perfici, nisi patiatur diu. Lull. cap. 25. theor. test. p. 46.

Inspice Generationem tritici, quod per multas septimanas in terra iacet, in eaque variis & longis passionibus sabiacet: putrescit enim cum longa mora, dum humorē vegetabilē paulatim & non subito in se absorbet, & pars post partem perfecte soluitur, vt inde id, quod intus in profundo fuit absconditum, facilius prodeat & progerminet. Semen virile in vtero fœminæ non alteratur subito, sed cum mora, quia humorem animalem quo nutritur, & soluitur, paulatim attrahit, atque hinc vt plurimum post quadraginta septimanas fœtus excluditur perfectus. Similiter philosophi volunt, in creatione lapidis sui non esse festinandum, sed patienter propter moram, quæ est in opere magisterii propter elementorum repugnantiam maxima, operandum, vsque dum arcanum philosophorum absolutum fuerit.

VI. Succurrendum est naturæ per artem (in eo) quod omissum est per naturam.

Scala

Digitized by Google

Scala phil. p. 13. Lull. c. 57. theor. test.

Sic cum natura agrum excolere nequeat, ars naturæ venit subsidio, agrum aratro proscindit, fimisque impinguat conuenientibus, vt semen iniectum vberiores fundat fructus. Sic & philosophicæ nostræ materiæ hoc auxilii ferentes, eam certo vasi includimus, in eoque tandiu igne nostro humido coquimus, vsque dum in sua propria aqua solis filius in rubicundissimam medicinam permutetur, fixissimaque inde tinctura prodeat.

VI. Natura non emendatur, nisi in sua natura propria.

Teruis. p. 14.

Hoc est, vt ipse Teruis. p. 35. explicat: natura metallica non emendatur, nisi in sua natura metallica, & non in alia quauis. Huc refer quod Sendiuogius tract. 1. de natura ait: Si præstantius quid moliris, quam natura, animaduerte in quo & per quid melioretur. Et semper id fiet in suo simili. Exempli gratia; Si cupis metallum (quæ est nostra intentio) vlterius, quam natura fecit, in virtute promouere, naturam accipere oportet metallicam.

VII. Natura natura lætatur, & naturam continet, & natura naturam vincit.

Quia bis vocabulum *Natura* ponitur, duo esse, quæ magisterium nostrum constituunt, intelligito, sed cum hæc duo in eadem sententia eodem vocabulo, mutato saltem casu, exprimantur, vnius naturæ & essentiæ ea esse certo statuito. Naturæ vero eæ dicuntur fixum & volatile. Fixum in operatione nostra continet naturam volatilem, ne ab

Digitized by Google

ne ab igne fugiat: volatilis natura fixam substantiam sibi natura ita inclusam habet, vt sensum fugiat, neque ante decoctionem debitam videatur. volatile à fixo tum superatur, quando ab eo figitur, atque sibi ita incorporatur, vt aduersus ignis vehementiam sub forma perfectæ medicinæ consistat: Fixum à volatili vincitur, quando in volatilem naturam à volatili mutatur, atque sub mercuriali forma apparet.

VIII. Ignorato motu, ignoratur natura. Arist.

Sine motu enim nihil generatur.

Lull. c. 49. theor. test.

IX. Omne quod eandem cum aliquo composito operationem efficit, est eidem per omnia simile. Zach. Gall. p. 77.

Id est: vbi eædem operationes, ibi eadem essentia; vt ait Athanasius dial. 2. de Trinitate. Itaque aurum philosophica proiectione productum cũ easdem cum auro à natura generato operationes habeat, eandem quoque cum eo essentiam habet.

X. Nullus transitus potest fieri vnius extremi ad alterum, nisi per medium. Lull. c. 78. theor. test. Arnold. Rosarii sui lib. 1. c. 10.

Priusquam igitur terram in aera transmutas eam in aquam transformabis: aqua enim inter terram & aera est media: & antequam aquam in ignem vertis, eam in aere mutabis. Hic enim est inter aquam & ignem medius, &c.

XI. Me-

Digitized by Google

XI. Metalla transmutari non possunt, nisi in primam reducantur materiam.

Nam, quando metalla, ait autor Clangoris Buccinæ p. 487. ad primam materiam reducuntur, habetur proprium sperma eorum, ex quo artificialiter generantur.

XII. Simile in simile non agit, ac proinde simile à simili non patitur. Ros. phil. p. 233.

Intellige id, quod est alii per omnia simile. Sic corpus in corpus, & spiritus in spiritum omni ex parte similem non agit. Atque hinc dissimilia in nostra arte habemus: *Vnum est indigestum, immaturum, crudum, imperfectum, humidum, molle, volatile: Alterum est digestum, maturum, coctum, perfectum, siccum, durum & fixum.* Illud quia volatile est, dicitur spiritus: Hoc quia fixum, corpus. Dissimilitudo hæc est in qualitatibus, non in essentia: vt aperte ex hoc Arnoldi dicto patet: corporis soluti & aquæ soluentis vna natura est, nisi quod natura corporis completa est, digesta & fixa: aquæ autem natura incompleta, digesta & volatilis, per hanc accidentariam dissimilitudinem spiritus & corpus appellantur inimici. Quo refer illud philosophorum: Fac pacem inter inimicos, & habebis, quod quæris.

XIII. Immaturis succurrendum est per matura. Ros. phil. p. 301.

Vnde idem autor p. 232. Corpus, ait, perfectum per nostrum magisterium iuuat & perficit imperfectum sine mixtione alicuius rei extraneæ.

XIV.

Digitized by Google

XIV. Omne peius laborans in aliqua arte, de sua naturali malitia melius destruere nititur; & omne melius laborans in aliqua arte peius perficere conatur. Ros. phil. mihi p. 296.

XV. Omne quod alterat, in alterandum intrat.

Quicquid enim ingreditur, transmutat: infit autor Ros. phil. mihi p. 358. Et quod non intrat, non alterat.

Treuir. ad Thomam de Bononia p. 103.

XVI. Omne subtile ingreditur in omne grossum.

Hermes citante Senior. p. 164.

XVII. Aqua quæ dissoluit corpora, ab iis vicissim inspissatur.

Treuir. ad Thomam p. 63.

Corpora non dissoluit aqua, nisi illa, quæ fuerit suæ speciei, & quæ à corporibus inspissari poterit.

Idem p. 58.

In vegetabilibus humor aquæ simplicis pro dissolutione interna sumitur, vt res congelatæ in illam suos effectus diffundant: & rerum dissolutio contingit cum aquarum congelatione; & congelatio aquæ cum rerum dissolutione: Sic & eodem fit modo in aqua minerali cum suis speciebus.

Scala phil. mihi p. 132.

Non subtiliatur terra, nisi inspissetur aqua, nec aqua inspissatur, nisi subtilietur terra; id est

Digitized by Google

Solutio corporis fit cum congelatione spiritus, & congelatio spiritus fit cum solutione corporis. Lull.c.19.theor.test.p.37.& c.94.p.157.b. Quantum ergo corpus soluitur, tantum spiritus congelatur.

XVIII. Corpus grossum (spissum) cum simplici (subtili) & simplex cum grosso propter contrarietatem se coniungere non potest, nisi grossum in subtilitatem per suum simplicem spiritum conuertatur: & tunc sunt commiscibilia. Ros.phil. mihi p. 305.

Calid. lib. 1. Secretorum p. 332.

Cum iam corpus attenuatum fuerit & subtiliatum, & exierit à sua densitate & spissitudine ad tenuitatem, & à grossitie & corporeitate ad spiritualitatem, tunc commiscebitur spiritibus, & imbibetur in eis: Et sic vterque euadent vnum & idem, & non separabuntur: sicut nec aqua mixta aquæ.

XIX. Glacies per minima non coniungitur aquæ, nisi calore in aquam vertatur. Confer Rosar. phil. mihi p. 298.

XX. In calcinatione philosophica nulla debet fieri corporis diminutio; imo potius multiplicatio. Querc. resp. ad Aubertum p. 66.

Aqua enim, qua philosophi calcinant, cum corpore calcinato vnũ quid est, & in vnam naturã arctius coalescit, ac proinde corporis pondus adauget. Id quod sophistæ obseruabunt, vt suum errorem agnoscant, dum ita calcinando corpora cor-

corrumpant, vt pondus ipsorum minuatur.

XXI. Calx non sublimatur, nisi Mercurio se incorporet. Arnold. Ros. sui lib. 2. c. 18.

Corpus, quod non est aqua, vna cum aqua fit aqua: ait Agadmon in Turba.

XXII. Nihil fructum in nostra arte facit, nisi prius sit mortificatum. Exerc. Turbæ p. 170.

Quod enim seminas, non viuificatur, nisi moriatur; ait Apost. c. 15. v. 36. 1. Corinth. Qui ergo, ait autor Auroræ consurg. p. 213. argentum viuum sciuerit occidere & mortificare, magister & philosophus in hoc opere appellatur: nam argentum viuum, teste Rosar. phil. p. 252. per se nihil valet: cum vero mortificatur cum corpore occulto, tunc valet, & viuit vita incorruptibili: Et hoc corpus est de natura Solis.

Hermes c. 3. de comp. p. 117.

Oportet nos duo argenta viua simul mortificare & venerari.

Basil. Valent. im vierten Schlüssel.

Wo erstlich kein erden wird/ da kan auch kein aufferstehung folgen in vnserm werck: Dann in der erden steckt der natürliche Balsam/ vnnd das Salt derer/ so da aestiche haben die wissenschafft aller ding, id est: Nisi primum corpus in terram abeat, non poterit in nostro opere resurgere: nam in terra naturæ balsamus, & sal eorum qui omnium rerum scientiam vestigarunt, continetur.

Digitized by Google

XXIII. Idem ipsum, quod mortificat, id & viuificat. Parm. Turbæ p. 8.

Seu vt Lull. c. 42. theor. test. ait: Id quod corrumpit, hoc idem creat. Sic infit autor Scalæ phil. Vnde fit corruptio, inde fit vita & regeneratio. Natura, quæ regit corpus, ait Parmenides dicto loco, illudque diruit, ac in pulserem & in nihilum conuertit, idem deinde renouat, reiterat & gignit frequenter.

Teruis. 4. part. Alchymiæ.

Rex occiditur à fonte & per ipsum resuscitatur.

XXIV. Omnis res habens semen multiplicatur in eo, sed non absque naturæ auxilio. Sendiuog. tract. 6. p. 25.

Nihil enim sine semine nascitur: Sendiu. tract. 7. & crescit, eodem test. tract. 6. p. 27. Quare si metalla multiplicari debent, necesse est, ea semine non destituantur. Ne vero longe ab inuentione seminis metallici aberres, scito, semen metallorum vero & realiter ipsis inditum Sendiuog. tract. 6. p. 27. Nec minus scito, illud etiam alibi in subiecto liberiori, & non adeo compacto reperiri. Meditare, & ἐν Θεῷ inuenies.

XXV. Omnis res in mare & fœmina multiplicatur. Sendiuog. tract. 6. p. 28.

Non enim ingenio artificis ex vno vnum creatur; quia id solius Dei est proprium: sufficiat te posse ex duobus creare vnum tibi vtile. Sendiuog. eiusdem tract. p. 29.

XXVI. Non tantum granum, vel corpus ver-

Digitized by Google

vertitur in semen, sed tantum est in corpore scintilla aliqua necessaria, quæ à suo corpore custoditur, ab omni excessiuo calore & frigore.

Sendiuog. tract. 3. p. 18.

Si habes aures & sensus, hic animaduerte, & securus eris, non tantum ab illis, qui locum spermatis ignorant, totumque granum in semen reducere nituntur; verum etiam ab his omnibus, qui in solutione metallorum versantur, vana, & metalla per totum soluere volunt, vt postea ex illorum commixtione mutua nouum creent metallum: Vide eundem Sendiuogium dicto loco.

XXVII. Virtus cuiusque seminis est vnicuique rei in suo regno se coniungere. Sendiu. tract. 7. p. 31.

Semen enim non miscet se naturaliter alicui rei extra regnum suum. Send. ibidem. Regnum naturæ est triplex; minerale, animale, vegetabile. Vt ergo vnumquodque secundum naturam propagetur, mineralia mineralibus, animalia animalibus, & vegetabilia vegetabilibus coniunguntor, id quod datum axioma postulat.

XXVIII. Pura matrix purum dabit fœtum.

Sendiu. tract. 8. p. 33.

Pura ea dicitur matrix, quæ aliena natura non est conspurcata, sed impuritatibus omnibus depositis, cum semine cum suo regno mirabilem harmoniam obtinet.

XXIX. Ignis seu calor non aliter excitatur, nisi motu. Sendiuog. tract. 12. p. 45.

Quod facile videre est apud fabrum ferrarium,

Digitized by Google

ferrum lima comminuentem, quod eatenus motu vehementiori incalescit, ac si igne incanduisset.

XXX. E fixis sales redduntur volatiles per solam proprie aquæ Mercurialis additionem. Querc. pharm. restit. p. 445.

Sic ex cinere vegetabilis alicuius corporis per aquam nubis vegetabilem sal vegetabile elicitur. Similiter ex calce metallorum philosophice præparata sal metallicum per aquam metallicam philosophice deducitur, atque è fixo corpore in volatilem naturam permutatur.

XXXI. Totum magisterium vno modo incipitur & finitur. Lud. Puer. p. 190.

Scilicet coquendo.

XXXII. Totum opus & regimen non fit nisi aqua. Afflict. in Turba. sem. semitæ p. 439.

Si æs nostrum, ait Custos Turbæ p. 24. aqua rexeritis, omnia prædicta inuenietis.

CAPVT II.

DE VESTIGATIONE MATERIÆ.

I. Omnis res est de eo, & ex eo, in quod resoluitur.

Arnold sem. Semitæ p. 473.

Sic glacies est ex aqua: resoluitur enim per calorem in aquam. Metalla ex argento viuo constituun-

Digitized by Google

tuuntur: resoluuntur enim artificio philosophico in illud, & quidem in operis initio. Vide Thom. Aquinatem ad Rainald. p. 35.

II. Vbi vera principia deficiunt, necessario progressus deficit & generatio eorum, quæ à veris principiis debent oriri. Pet. Bonus.

Cum itaque aurum debeat esse verum, quod philosophorum proiectione efficitur, illud quoque ex principiis veris constituitor, ac proinde omnes, qui ad auri veri productionem adspirant, videant, vt veri auri vera principia sine alienæ naturæ immixtione habeant. Quæ si habuerint, ad optatum finem sunt peruenturi.

III. Vbi natura (a) desinit, ibi ars incipit.

(a) In metallicis videlicet coram oculis nostris perfectis corporibus. Sendiuog tract 4. p. 20.

IV. Ars Hermetis in multis rebus non perficitur.

Lull. theor. test. c. 18. Arnold. c. 6. lib. 1. Rosari sui. Rosar. phil. p. 206.

Lapis enim vnus, vna medicina, vna materia, vnicum medium, quo perficitur, vt Liuius citante Zach. Gall. p. 76 aperte docet.

V. Materia arcani esto (a) pura, (b) incorruptibilis, ac proinde (c) incombustibilis.

(a) Puram esse debere materiam magisterii hæc loquuntur dicta.

Lull. c. 71. theor. test.

Digitized by Google

Fili, lapis noster nunquam fieri potest, nisi de pura natura.

Arisleus in visione. Citante Ros. phil. p. 246.

Non assumas naturam, nisi puram, mundam, amœnam, terream, & rectam.

Agadmon. in Turba.

Non ingreditur alienum, neque quippiam, nisi quod sit sincerum.

(b) Incorruptibilis esto lapidis Hermetici materia, quia id, quod omni corruptioni tollendæ destinatum est, nulli corruptioni obnoxium esse, ac proinde ex eo, quod ab omni corruptione alienum est, sumi debet; vt ait autor Dialogi, qui vulgo Lullio adscribitur p. 446. Ex re corruptibili vniuersalis medicina elici non potest: id enim, quod seipsum ab omnibus corruptionibus præseruare nequit, multo minus alienas naturas ab omnibus morbis liberabit. Velle præseruare, ait Lullius, per rem puridam, & corruptibilem, & reformari per rem fœdam, & deformitati subiectam, & velle facere incorruptibile per rem corruptibilem & infirmum curare per rem infirmam est phantasticum & inane.

(c) Tinctura non est in corpore combustibili; ait Senior. p. 63. Vnser Stein der vhralten wechset nicht aus dingen/ so verbrenlich seyn: Basil. Valent. lib. de phil. lapide p. 4. id est: Noster lapis philosophorum non nascitur ex rebus combustibilibus.

VI. Semen lapidis philosophici ne in elementis quærito.

Ita

Ita Basil. Valent.

Es ist nicht von nöten/daß du deinen samen in den elementen suchest: denn so weit ist vnser same nicht zu rück gesetzt/ sondern es ist ein nähere statt/ darinnen vnser same seine gewisse wohnung vnd herberg hat. id est: Non necesse est, vt quæras tuum semen in elementis: Nostrum enim semen non tam longe remotum est, sed alius locus propinquior est, in quo certam & fixam sedem semen habet.

VII. Materia lapidis philosophici mercurialis est.

Teruisinus.

Opus nostrum fit ex vna radice & ex duabus substantiis mercurialibus. Hinc philosophi vnanimi consensu approbant hunc decantatissimum versiculum:

Est in Mercurio quicquid quærunt sapientes:

VIII. Nihil alieni ad opus nostrum assumendum Teruis.

Itaque id, quod non est Mercurius, ex nostro opere reiicitur.

IX. E Metallis lapis philosophorum conficitur.

Hermes lib. de comp. p. 119.

De cauernis metallorum lapis occultus est.

Teruisinus mihi p. 16. & 17.

Materia nostra componi debet ex argento viuo, & hoc alibi non reperitur, quam in metallis.

Digitized by Google

Paracels. lib. vexat.

Die ware Alchymey/ die allein lernet von einer Kunst solem oder lunam zu machen von den fünf vnuollkommenen metallen/ gebraucht sich keiner andern recept/ sondern allein von den metallen/ durch die metallen vnd mit den metallen werden/ die vollkommene metallen gemacht. id est: Alchymia vera, quæ vnico tantum artificio lunam aut solem ex quinque metallis fabricare docet, aliud receptum non admittit præter illud, quod sic se habet: solum ex metallis, per metalla, & cum metallis perfecta metalla fiunt.

Basil. Valent. in dem buch von dem grossen Stein der vralten Weisen.

Der same vnsers Steins muß nirgend herfliessen/ dann aus einer metallischen Wurtzel/ darauß auch die metallen selbst durch den Schöpffer zugebähren verordnet. id est: Semen nostri lapidis aliunde non dimanat, quam ex metallica radice, ex qua, dispensante creatore, ipsa metalla generãtur.

X. E Metallis quidem non omnibus, sed è solis perfectis arcanum Hermetis educitur.

Hermes citante Ros. phil. p. 295.

Tinctura debet esse corporea, à corporibus metallicis perfectis extracta per beneficium & medium mineralium.

Lull. c. 53. theor. test.

De metallis perfectis humiditatem liquorosam trahes, quia de ipsis venit nostræ perfectionis terminatio, & claritas quinti luminis.

Idem c. 56. eiusdem lib.

Bonus

Bonus artista metalla pro mediis in opere magisterii capit, & specialiter solem & lunam.

CONSECTARIVM.

Itaque ex auro & argento lapidem suum philosophi cudunt.

Aurum enim & argentum sunt perfecta metalla.

Lull. c. 17. theor. test.

Nostra medicina elicita & elucidata est de auro tanquam omnium metallorum preciosissimo.

Ros. phil. mihi p. 234

Aurum totum est Mercurius, quod patet ex ipsius pondere & facili combinatione cum Mercurio: Ergo in ipso est totalis & radicalis philosophorum intentio & voluntas.

Arnold. lib. 1. Ros. sui c. 5.

Aurum est tinctura rubedinis tingens & transformans omne corpus: Argentum vero est tinctura albedinis perfecta albedine tingens cætera corpora.

ANNOTATIO.

Duo posteriora axiomata de metallis dicentia si proprie intelligi debēt, requiruntin fermentatione aurum & argentum: Lapis enim philosophorum non potest per se tingere, nisi tingatur; auro ad aurum, & argento ad argentum: prout perfectionis ipsius ratio id postulat.

Sin vero extra fermentationem aurum & argentum considerantur, non sumuntur proprie, sed improprie. Proprie enim accepta ad lapidis creationem nihil faciunt. Philosophicum enim aurum philosophicumque argentum non sunt metalla mortua,

Digitized by Google

mortua, sed viua. Quemadmodum ex ouo cocto pullus non nascitur: ita ex auro fuso medicina vniuersalis non conficitur. Hinc clara voce philosophi vnanimiter exclamant, aurum suum non esse aurum vulgi; argentum suum non esse argentum vulgi.

XI. Ex Sulphure & Mercurio Medicina Sophorum producitur.

Id sic intelligito: Ex Mercurio, cui sulphur proprium innatum est, lapis philosophorum confit, id quod ingenue affirmat Teruisinus, vbi sic ait. Mercurio sulphur inclusum est, quando natura operatur; verum non dominatur in eo, nisi per motum calidum, quo sulphur dictum alteratur, & vna simul cum eo qualitates duæ Mercurii. Et paulo ante: Mercurio huic in est sulphur fixum & incombustibile, quod nostrum opus perficit absque alia substantia, quam pura substantia Mercurii. Hinc Geber: In profundo naturæ Mercurii est sulphur. Item Morienus & Aros: Nostrum sulphur non est vulgare, sed fixum, & non volatile, de natura Mercurii, & non ex alia re quapiam. Quemadmodum ergo Sapientes, aio cum vero philosopho Philippo à Gabella, aurum vulgare non intelligunt: ita quoque nec sulphur, nec Mercurium vulgi volunt intelligi. Illorum aurum viuum, subtile & spirituale est: Vulgare nostrum densum, durum & fixum est. Mercurius illorum est materia prima omnium rerum, & sine qua nec M. consistere potest: Mercurius vero currens, seu argentum viuum vulgi res est metal-

metallica, consistens in proprio semine. Deinde sulphur philosophorum est purum, fixum, album vel rubeum, ignem non fugiens: Vulgare autem est res impura, fœculenta, combustibilis, non fixa, &c. Vnde facile cognoscitur, quæ sit differentia inter aurum philosophorum & errantium: inter sulphur philosophorum & insipientium; inter Mercurium sophorum & ignorantium. Itaque quanta est differentia inter cœlum & terram; tanta est sapientum & sophistarum dissimilitudo. Aurum autem philosophorum est aurum à natura nondum coagulatum & fixatum; nam si hoc esset, ignis artificialis in eo nihil operaretur: & consequenter artifex artificio suo frustraretur. Hæc Philippus à Gabella doctissime & verissime.

XII. Non est tingendum, nisi cum illis, quibus virtus inest tingendi. Ros. phil. p. 302.

Iam vero virtus tingendi inest auro & argento: Hæc enim ea virtute tincta sunt: Tinge ergo auro & argento: quia aurum aureum; argentum argenteum tribuit colorem. Ita ait idem autor citato loco. Fermentationi axioma datum applicabis, & intelliges.

XIII. Materia eadem est artis nostræ supra terram, quæ est metallorum in terra. Teruis. p. 33. Zach. Gall. p. 92. 93. 94. & 98. Lull. c. 17. theor. test.

Itaque cum, testibus philosophis, vt Teruisino p. 18. 20. 22. & 26. Zach. Gall. p. 79. Lullio, citato loco,

Digitized by Google

loco, sulphur & argentum viuum sint vera materia metallorum, eadem quoque nostræ artis vera materia erunt. Quid autem per sulphur & argentum viuum seu Mercurium philosophi intelligant, abunde ex 11. axiomate huius capitis paulo ante percepisti.

XIV. Ars nullum creat sperma.

Sendiuog. tract. 11.

Scito te nihil creare posse, quod solius Dei proprium est, sed res occultas in vmbra latentes facere apparentes, & vmbram ab ipsis tollere, hoc philosopho intelligenti à Deo per naturam concessum est.

Guilielm. Parisiensis citante Teruis. p. 25.

Creare spermatà non est artis: at postquam à natura creata sunt, tum demum ars per solam virtutem naturalem existentem in spermaticis materiis iam à natura creatis, coniungendo, veluti naturæ minister succurrit ipsi rei quidem existenti, sed nondum perfectæ.

Basil. Valent. De magno mundi arcano mihi p. 217.

Homo non potest nouum semen formare, sed tantum semen natura formatum propagare & multiplicare ex arte nouit.

Teruis. Alchy. p. 26.

Frustra ager colitur, nisi adsit materia creata per naturam, scilicet frumenti granum.

XV. Id quod vis metere, illud seminabis.

Quæ enim seminas, ea etiam metes: Ros. phil. p. 315.

Digitized by Google

p. 315. Ergo si stercus, ait idem Ros. p. 313. seminas, merdam & metes. Quare non est mirum, quod vix vnus inter mille aut nullus de talibus perficit. Semina aurum & argentum, & afferent tibi fructum millesimum cum labore tuo, mediante natura. Aurum & argentum vulgaria hic ne intellige. Illud enim aurum est ad nostram artem assumendum, quod in ipsa operatione moritur, & ex ipsa morte sua propria virtute in eminentem & præstantem naturam resurgit. Quod vero moritur, antea viuum sit necesse est. Aurum ergo Sophorum non est aurum vulgi, quia hoc nõ mortuum est: sed viuum; Quod necessario seminandum fuerit, si viuum aurum, quo omnium rerum imperfectiones in perfectionem transformari debent, à nobis meti debet.

XVI. Simile generatur ex simili. Vide Ros. phil. p. 266. & 318. Basil. Valent. de lapide p. 4. & in 12. claue.

Sic ex homine homo, ex leone leo, ex auro aurum, & ex argento argentum nascitur.

XVII. Ea, quæ in nostrum magisterium intrant, radicaliter inter se commiscentur. Confer Teruis. p. 34.

Sic sulphur nostrum Mercurio nostro naturæ beneficio radicaliter cõmixtum est, vt debito administrato igne, ex eo lapis sophorũ producatur.

Capvt III.

DE PRÆPARATIONE MATERIÆ.

I. *Omne, quod densum & durum est, oportet conteri, vt subtilissimum fiat & penetratiuum.* Auror. Consurg. p. 233.

Digitized by Google

Arnold. citante Dorneo p.131.

Non pigeat vos cruciare & corrumpere corpus terendo & imbibendo, donec aquam extraxeritis, ac corpus tenue factum sit ac impalpabile.

Auicenna c.3. tract. sui p.415.

Patiens sis, coque, tere, & incera, & non tædeat te hoc multoties reiterare. Arnold. confer c. 3. lib. 2. Rosarii sui.

Ascanius in Turba.

Cum corpus diligenter teritur, ex eo munda anima ac spiritualis & sublimis extrahitur.

Calid.

Nisi corpora conuerteritis in subtilitatem, vt sint impalpabilia tactui, non dirigetur vobis, quod quæritis. Et si trita non fuerint, ad operationem reuertimini, quousque terantur & fiant subtilia. Quod si feceritis, vobis, quod optatis, derigetur.

II. *Quanto magis teris, tanto magis mollificas, & partes grossas subtilias, donec satis existat:* Auicenna tract. sui c.3. Arnold. lib. 2. Ros. c.3.

III. *Quæ imbibuntur, per aquam mollificantur.* Auicenna & Arnold. citatis locis.

CAPVT. IV.

DE CREATIONE LAPIDIS.

I. *Corporum in argentum viuum reductio est artis fundamentum.* Arnold. Floris florum p.479.

Hæc reductio appellari solet solutio, qua corpus seu

seu sulphur nostrum Mercurio nostro inclusum soluitur. Quod dum fit, argētum viuum seu Mercurius noster coagulatur.

Arnold. c. 9. lib. 1. Ros. p. 402.

Necesse habes, quicunque vis operari, vt in solutione & sublimatione duorum luminarium primo labores. quia primus gradus est, vt argentum viuum fiat ex ipsis.

Scala phil. pag. 131.

Soluere corpus & congelare spiritus est opus nostrum primum.

II. Solutio philosophica requirit permanentiam simul soluentis & soluti. Teruis. ad Thomam de Bononia.

Itaque 1. fatui sunt, qui metalla aquis fortibus soluunt: hæ enim à metallis separantur, & non fiunt vna homogenea essentia cum eis. Errant, ait Lull lib. de transmutatione animæ, arbitrantes, corpora metallorum fortibus communibus aquis, & aquis contra naturam reduci in materiam primam. Similiter Sendiuog. tract 6. p 28. in regeneratione, ait, metallorum sinistre proceditur à vulgaribus chymicis: Corpora metallica soluunt siue Mercurium, siue aurum, siue Saturnum, siue Lunam & corrodunt illa aquis fortibus, alis rebus heterogeneis ad veram artem non requisitis; postea coniungunt & simul cogunt, nescientes, quod ex corpore humano dissecto non generatur homo; quia corruptio corporis & seminis destructio hoc pacto præcessit.

2. Errant, qui ignem excessiuum, quo humor

Digitized by Google

noster soluens à corpore discedit, in soluendo adhibent.

III. Nisi semen resoluatur calido vapore, nullius est vsus. Sendiuog. tract.6. p.25.

IV. Terra fructum non gerit absque frequenti irrigatione. Rosar. phil. p.336. Auicenn. p.420. Arist. chym. p.370. Confer Scal. phil. p.444.

Democritus citante Dorneo p.171.

Si vaporem siccum humido vapore irrigaueris, diuinum opus efficies.

V. Irrigatio fiat aqua consanguinea.

Consanguinea enim, ait Parmenides, consanguineis in arte nostra iunguntur: & poëta quidam sic canit:

Semine natali postquam seiunximus ossa;
Hac consanguinea deinde lauamus aqua.

Quare philosophi, docẽte autore Auroræ consurg. p.131. granum suum humore connaturali nutrire volunt, donec vegetetur & fructum afferat talem, qualem intrinsecus habet, & volunt viuificare illud, quod mortuum est, à forma metallina, quousq; fusionem metallicam perfectam præstet.

VI. Omne siccum naturaliter appetit bibere suum humidum: vt in suis partibus sit continuatum. Ros. phil. p.298. Aristot. Chym. p. 368. Arnold. c.14. l. b.2. Ros.

Huc refer illud Aristotelis chymici: Coque siccum terræ nigræ cum humido aquæ suæ, donec siccum

siccum bibat humidum, & totum habebis magisterium.

VII. Quoties cinerem imbuitis, toties ipsum siccari, & rursum humectari oportet, donec eius color in id quod quæritur, vertatur. Ardar. in Turb.

VIII. Omne semen per se nullius est momenti, nisi ponatur vel ab arte, vel à natura in matricem debitam. Sendiuog. tract. 8.

Sic sperma viri non prodest, nisi in matricem mulieris proiiciatur. Arnold. flor. flor. p. 474.

IX. Calor agens in humido nigredinem, in sicco albedinem, in albo citrinitatem generat. Arnold. c. 5. lib. 1. Ros. sui. & c. 4. lib. 2. eiusdem Ros.

X. Ignis noster esto (a) *æqualis*, (b) *blandus, temperatus, lentissimus*, (c) *continuus*, (d) *humidus*, (e) *albus*, (f) *calidus, tepidus*, (g) *circumiens, clarus, clausus, penetrans, viuus, incomburens, & esto is* (h) *duntaxat, quo natura vtitur.*

(a) Ros. phil. p. 226. Morien. p. 42. Scala phil. p. 142. (b) iisdem locis & Ros. phil. p. 260. (c) Teruis. Alchy. p. 35. & 36. Scala phil. dicto loco (d) Teruisinus p. 37. Rosar. phil. p. 226. (e) Rosin. p. 256. Ros. phil. p. 226. (f) Ros. phil. iam dicta pagina. Teruis. p. 37. (g) Teruis. p. 36. vbi & cæteræ ignis proprietates, quæ in axiomate subiiciuntur, recensentur. (h) Teruisinus p. 35.

Digitized by Google

XI. Omnes operationes nostræ fiunt in vno vase præter amotionem abigne. Vide Zach. Gall. p. 85. & 86.

Ioan. Austri philosophus in ludo Puer. p. 178.

Sufficit tibi lapidem in nostro vase semel ponere, & claudere; quousque totum completur magisterium. Quod autem amplius est, à malo est.

Dionys. Zach. Gall. p. 87.

Vnicus est operandi modus in vnico vase, in vnica fornacula (quam Teruisinus ignem clausum, humidum, vaporosum, continuum, & digerentem vocat) præter amotionem, donec decoctio compleatur.

XII. Vas diligenter & fortiter claudendum est. Pandulph. Ardarius; Afflictus in Turba.

Idque faciendum duabus de causis.

I. *Ne aqua inde exeat, & sic magisterium nostrum destruatur.*

Morfoleus in Turba.

Vas vndique obturetur, ne corpus æris & spiritus eius fugiens inde extrahatur.

Clangor Buccinæ p. 501.

Ideo requiritur vas sigillatum sigillo Hermetis: quia si vas in nostra arte non esset clausum ad inclusionem spiritus, tota vis exhalaret: Sicut in generatione metalli: quia si fumus, ex quo metallum

Digitized by Google

tallum in terra generatur, inueniret locum apertum, abiret in auras, & nullum generaret metallum.

Rof. phil. p. 213.

Ideo philosophi iusserunt claudere os vasis, ne aqua benedicta nostra exhalaret, sed defenderet à combustione hoc, quod in vase est.

2. *Ne aliquid alieni inferatur.*

Balg. in Turba.

Claude domum, ne ventus aut puluis ad eos perueniat.

XIII. Videtone vas aperias, donec totum humidum terminetur & finiatur. Lull. c. 25. theor. test. p. 44.

Capvt V.

De Mvltiplicatione.

I. *Qvanto magis materia erit debite præparata & subtiliata, tanto magis virtutes naturæ superioris obtinebit & in se retinebit.* Lull. c. 84. theor. test. & c. 32. pract. test. Confer item Clangor. Buccinæ p. 502.

II. *Æs humore inspirato vitam suscipit, multiplicatur, & augmentatur, vt cateræ res.* Bonell. in Turba.

Digitized by Google

III. Quanto magis nutritur lapis, tanto magis augmentatur. Semitæ ſemitæ p. 442.

Nutritur lapis lacte ſuo, id eſt, ſpermate, ex quo fuit ab initio: imbibitur autem argentum viuum ſæpius, quouſque ſufficiat. Ibidem.

AXIOMATVM HERMETICORVM FINIS.

Soli Deo ſit ſempiterna gloria.
AMEN.



HER-

Digitized by Google

HERMETICÆ SOPHIÆ

Tractatus quintus; qui est

DE GENERATIONE RERVM NATVRALIVM.

PRÆFATIO.

GEnerationem rerum naturalium ex lumine naturæ scripturus ingenue fateor, me non ex Sophistarum libris hac in doctrina vnquam profecisse, neque ex iis aliquid accepturum: Non enim penes illos veritas est, sed maxuma cæcitas nixa & stabilita vanis hominum vanorum opinionibus, & contentionibus, quibus veluti limitibus vulgus sapientiam circumscribit & metitur. Vt bello homines perimuntur: Ita altercando veritas amittitur: siquidem dum de rerum natura disputant, alter alterius non sine magna arrogantia, qua quisque sophiam sibi arrogat, opinionem insectari & refellere anniti-

Digitized by Google

nititur: Atque hinc à vero fundamento discedũt, & in inextricabilem labyrinthum fixis principiis munitum dilabuntur, vt quis alius inde irretitus se ex eiusmodi tricis difficulter expedire queat. Missis, inquam, his nugis, recta ad arcem sophiæ ductu luminis naturæ possidendam accedemus, atque ex solius naturæ contemplatione, diuina fauente gratia, generationem rerum describemus, vt inde nostri cognitionem certissimam non solum nobis comparemus, sed etiam discamus, meditemurque viam, qua ex perfectis corporibus medicinam morbis nostrorum corporum expellendis sufficientissimam eruamus & producamus: Quẽadmodum enim homo, frumentum, herba, quodque è suo semine nascitur: ita eodem modo vera antiquorum philosophorum medicina, qua non datur vlla præstantior, ex perfectissimis corporibus & essentiis generatur. Non ergo limis oculis & obiter intuere, quod tibi sum proposum-

Digitized by Google

positurus, sed arbitrare, hanc doctrinam tibi fore vtilissimam, vtpote cuius ductu ad mineralium, vegetabilium & animalium cognitionem, & metallicæ medicinæ inuentionem felicissimo veluti tramite proueharis.

Vt igitur exordiar, scias generationem rerum esse duplicem: Ordinariam & Extraordinariam.

Extraordinaria est, qua dissimile ex dissimili nascitur. Vt mures, qui ex fimo à sole generantur. Dicitur alias generatio æquiuoca.

Ordinaria generatio est, qua simile ex simili producitur: vt ex homine homo, ex leone leo.

Appellatur alias vniuoca.

Hanc quindecim propositionibus includam.

I.

Omne quod generatur, è suo (a) *semine in propria* (b) *matrice nascitur.*

(a) Semen est corpus spirituale, ex quo inclusus spiritus nutrimentum aliunde attrahens in

Digitized by Google

propria matrice corpus viuum cum multiplici semine protrudit. Spiritus hic quibusdam philosophis κατ' ἐξοχὴν semen appellatur: corpus vero, in quo est sperma. Sed de vocibus nulli litem mouebo; cum de re inter nos constet. Spiritus hic seminalis est subtilissima seminis essentia, per naturam è corpore exaltata, atq; in se totius corporis vires èminenter complectens, & præterea vim seminalem, qua corpus in specie sua propagari & multiplicari possit.

(b) Omne semen per se nullius est momenti, nisi ponatur vel ab arte vel à natura in matricem debitam: Sendiuog. tract. 8. Matrix debita est, quo cuiq; semini in suo regno respondet: ac proinde semen minerale mineralem, animale animalem, & vegetabile vegetabilem matricem poscit. Matrices hæ probe discernendæ sunt, ne in grandem errorem prolabamur.

II.

Semen nullum artificio aliquo per ignem vulgarem operante extra vasa naturalia producitur.

Id quod ipsa docet natura: Quis enim vnquam putauerit, quod semen hominis extra sedem genitalium; semen pomi extra pomum, semen tritici extra aristas elaborari possit. Si quis vellet semen tritici in vasa chymica coniicere, illudq; vario modo digerere & coquere, non posset inde stipulam producere, per quam aliud triticum prodeat: Frustra ergo omnes operantur ii, qui ex auro in vasis chymicis semen elicere moliuntur, atque non cogitant, semini cuique matricem genuinam & propriam in suo regno respondere, non arti-

Digitized by Google

artificiosum aliquod vasculum, quod ipsa natura respuit. Si vero, Deo concedente, semen natura creatum, & matricem itidem natura elaboratam habueris, semenque in illam per naturam iniectũ cognoueris, atque deinceps igne conuenientissimo coxeris, nihil deerit, quin id, quod optas, sis consecuturus.

III.

Vniuersalis fœtus ex vniuersali semine est.

Fœtus hic dicitur vniuersalis, qui singulis regnis, tam vegetabili & animali, quam minerali regno prodesse, perfectionemque suppeditare potis est. Itaque ex eo semine vniuersalis fœtus nasci debet, quod similiter singulis corporibus sub istis tribus regnis suam impertiat vtilitatem & perfectionem. Errant ergo longe, qui ex fonte particulari, vt vel ex minerali, vel ex vegetabili, vel ex animali corpore vniuersalem medicinam eruere attentant.

IV.

Vt vero perfectum quid nascatur, semen putrescat & nutriatur necesse est.

Amen, Amen dico vobis, nisi granum tritici in terram proiiciatur, & moriatur, solum manet: sin vero emoritur, centuplum affert fructum; ait Christus Ioan. 12. Nulla res potest animari & nasci nisi per sui corruptionem, putrefactionem ac mortificationẽ: Lull. c. 27. theor. test. mihi p. 51. b. Rosar. phil. mihi p. 254. Nisi ergo, ait Parmenides, corpus diruatur, cõstringatur, putrescat & conuertatur in substãtia substantiali, nõ potest illa virtus occulta extrahi, nec corpori misceri.

V. Pu-

Digitized by Google

V.

Putrescit semen, quando (a) Sal eiusdem naturæ in (b) humore conuenienti resolutum seminis substantiam, promouente calore tenui (c) penetrat, resoluit & subtiliat, vt spiritus inclusus ex subiecta materia sibi (d) domicilium conueniens, in quo suæ naturæ propagationem & seminis multiplicationē operari possit, fabricet.

(a) Itaque semen mineralē ad sui putrefactionem salem & humorem mineralē, vegetabile salē & humorem vegetabilem (qui est communis aqua sale terræ impregnata) animale salem & humorem animalē (qui est sanguis matricis sale ditatus) requirit. Ex his facile intelligi potest illud Basilii Valentini, acutissimi philosophi, quod lib. de magno mundi mysterio & ipsius medicina adducit, vbi hæc verba fatetur: *Metalla & mineralia iterum per mineralia confringi oportet.* Vbi tamen in vnoquoque genere species discernendę sunt: nam vnaquæque species suæ speciei se coniungit, & semen commiscet, nisi monstrum habere velis. Itaque vt simile simile generet, canis cum cane, leo cum leone, homo cum homine coeunt, & semina miscent. Quare Moses ait, vnumquodque animal è terra secundum suum genus creatum esse.

(b) Sine humore elementi aquæ, ait Basilius in octaua claue, vera putrefactio fieri nequit: Nam humor est verum organum, quo sal soluens intimos seminis recessus adeat & aperiat: siquidem quando calore debito humor subtiliatur, & excoquitur, salis portio etiam in eo attenuatur, atque idonea redditur & digna, quæ facile, com-

Digitized by Google

compactissimum seminis corpus permeet, sibique similem sal is spiritum in semine delitescentem & quiescentem suscitet, atque ad vegetationem promoueat.

(c) Liber spiritus spiritum eiusdem naturæ vinctum & constrictum facilime expedire & vinculis exuere potest: iique fit 1. ratione actiuitatis, qua liber spiritus pollet: 2. ratione similitudinis: ab hac enim habet, vt cum spiritu salis corporis coniungatur, ac proinde suas vires in ipsum facilius exercere queat: Simile enim simili facile associatur, & intime vnitur. Iam sciendum est, omnem spiritũ in humore solutum esse liberũ. Vnde calore mediante spiritum similem carcere corporis compactum & constrictum (tanquam eum, qui liberationem sui anhelat, atque ad actiuitatem seu actum efficaciter operandi adspirat) instar magnetis, penetrato corpore, attrahit, se, dum eum sibi adiungit, corroborat, & hac ratione ad agendum inflammat, non aliter ac si ignis ab igne accendatur, vt ita corpus necessario mutetur, & putrefiat ab ipso spiritu. cuius actio antea ligata erat: spiritus enim ille conclusus, dum ab altero libero spiritu actum volatilem acquirit, forâs nititur, atque ideo suum subiectum confringit, & facit, vt aliud corpus inde nascatur. Sic quando spiritus salis terræ in humore terræ immixto resoluitur: (*Omne sal in humore proprio liquescit & soluitur*) spiritus ille est liber: siquidem omne sal in humore liquatum est actiuum. Hinc granum tritici in terram proseminatum, cuius corpore veluti arctissimo compede spiritus salis vegetabilis continetur ligatus, ab eo libero spiritu penetra-

tur

Digitized by Google

tur & aperitur, vt sal in aqua resolutum spiritum vegetabilem è tritico ad actiuitatem & vegetationem exciter, & radicis substantiam, vnde reliquæ substantiæ post generandæ nutrimentum è terræ sinu communicetur, ante omnia in matrice propria producat. *Notandum hoc in loco est*, sal, quod poros corporis aperit, aliquando esse debile, alquando forte. Debile si fuerit, sal eiusdem naturæ cum semine est corroborãdum, & humor, qui sal debile in se habet, eo impræguandus, vt naturæ conuenientior & efficacior fiat solutio. Inspiciamus generationem tritici. Pluuiæ inest sal volatile ex resolutione in terra facta. Verum cum sal illud propter terræ siccitatem nimiam solutioni fœcundiori non sit sufficiens, agricolæ agros fimis, in quibus sal eiusdem naturæ cum tritico est, (Fimus enim est ex stramine, stramen ex tritico, ex quo nascitur) impinguant, vt pluuia descendens & humor terræ se immiscens ex terra & fimo sal exugat nitro sulphureum, quo confortatur, sibique adiungat, & subtilius frumentum ad inferendam fœcunditatem & abundantiam frugum soluat.

(*d*) Cum vis seminalis in intimis seminis recessibus lateat, atque in subtilissima salis sulphurei portione consistat, non potest euehi & multiplicari, nisi in humore maxume subtili ac puro. Verum quia semen non subtilem humorem primo ex locis, vnde ei nutrimentum subministratur, haurit, natura ante omnia tenetur formare instrumenta, in quibus humor ex elementis assumptus digeratur, subtilietur, & summe purgetur, vt purissimam seminis essentiam ex producto corpore proli-

Digitized by Google

proliciat, atq; eam ad speciei conseruationem & multiplicationem adducat. Qua de causa natura prouida ex herbaceo semine radicem, interueniẽte putrefactione, primum format, & deinde herbam foras protrudit, eamque multis articulis interdistinguit, vt sub initiũ in radice & deinceps in herba progerminante & absoluta humor ex terra, cui semen iniectum est, haustus magis magisque dirigatur, & ex radice vim seminalẽ ad oram propellat supremam, quo tandem matrice materiæ seminalis formata, subsidio calore solis semẽ perfectissimum & propagandæ speciei aptissimũ colligatur. Sciendum vero hic est, sæpe euenire, vt, quamuis natura seminalium progressum instrumenta & vehicula ex semine formauerit & perfecerit, ea tamen corpora, quæ eiusmodi organis instructa sunt, non fundant semen, idque fieri eã ob causam, quia pori corporis per quos vis spermatica eleuari & ad superficiem extrudi debet, citius productione seminis per externum frigus, vel salis insiti fixi exaltatam fortitudinem constipantur, vt semen vel haud maturescat, vel penitus reprimatur. Id quod videre est in pomorum Arantiorum arboribus, quæ quidem hic instar aliarum arborum crescunt plantatæ; sed tamen in his frigidioribus locis nõ ferunt fructus; nisi externo & conuenienti calore per hyemem foueantur: id quod in Illustrissimi & Potentissimi Principis Dn. Mauritii Hassiæ Landgrauii, Domini mei Clementissimi Paradiso, qui est Cassellis, fieri solet, vbi arbores pomorum dictorum per totam hyemem calore artificioso reguntur & fouentur, vt ipsarum fructus matureſcere possint. Idem quoq;
in

in philosophorum magisterio obseruare est, vbi, si aurum philosophorum natura creatum & vere viuum per se in macrocosmo relinquitur, & nostro solo natiuo concreditur, aurũ sapientum nihil ferre solet fructuum, neque multiplicationem admittit: sin vero externo, humido, circũeunte, alterãte, & tenui calore in duplici, vel etiã triplici vase aurum nostrum, quod est ipse Solis calor, coquitur, & digeritur, fructus fert præstantissimos, & vberrimos, qui tam mineralibus, quam vegetabilibus & animalibus summo sunt solatio, exquisitamque perfectionem subministrant.

VI.

Humor, qui putrefactione inseruit, esto corpori putrescenti proportionalis.

Et secundum quantitatem, & secundum receptiuitatem. Tum vero humor secundum quantitatẽ est corpori putrescẽti proportionalis, quando tantum humoris à corpore recipitur, quantum subtiliationi eius sufficit. Secundum receptiuitatem vero seu modum receptionis, quando humor non subito, sed paulatim à corpore seminali bibitur & assumitur: subita enim humoris imbibitio conuenienter viuificare nequit, sed facit, vt quædam partes corporis insufficienter propter subitum ingressum soluantur. Hinc ex tritico nascitur lolium. Quare philosophi volunt, artis filios terram nostram irrigare cum longa mora & nimia attritione.

VII.

Calor, qui putrefactionem promouet, ita lenis esto, vt humor, in quo sal resoluens est, in materia per-

Digitized by Google

permaneat, & ab ea haud recedat.

Idque fit duabus de causis 1. quia in huiusmodi humore putrescens materia vitam accipit. 2. quia calor lenis salem ex humore in materiam dispergit, vt commode corpus putrefiat. Si vero excessiuo & adurenti calore humor pelleretur, materia combureretur & destrueretur, ita vt nec animari, nec naturæ conuenienter putrefieri posset, ac proinde ex materia secundum naturam nihil generaretur. Arrige aures, Pamphile.

VIII.

Matrix est clausa, quando semen impositum fuit.

Necesse enim est, vt circumquaq; semen concludat, atque hac ratione vndique vires suas in illud diffundat. Ita tamen claudatur matrix, vt ex elemento aquæ humori, quo nutriatur, & ex igne calori, quo foueatur, concedatur aditus. Sic matrix fœtus humani eluaditur, vt sanguini, quo nutritur, & calori ex sole humano prodeunti, quo fouetur, ingressus permittatur. Si autem accidit, vt semen aliquod sufficientissimo humore refertum inueniatur, atque ideo non opus habeat aduentitio aliquo humore, arctissime matrix concluditor, vt tantum externo incomburenti calori aditus pateat, id quod in lapidis philosophici magisterio philosophi obseruari volunt: Lapis enim ipsis seipsum dicitur occidere, & reuificare, omniaque quibus indiget, in se continere. Vnde philosophi illud arcanum Phœnicem & Salamandram vocarunt. Si habes aures audiendi, audias.

Bayerische Staatsbibliothek München
Digitized by Google

IX.

E Matrice, in qua putrefactio inchoata est, putrescens non amouetur; vsque dum id, quod intenditur, absolutum fuerit.

Itaque si ex grano tritici multa grana colligere volumus, illud in terra vsque in tempus ordinariæ messis relinquimus, & deinceps maturas metimus aristas. Semina non oportet metere, ait Auicenna mihi p. 424. donec tempus messis aduenerit.

X

Matrix, quo purior fuerit, eo constantior & perfectior fœtus in ea generabitur.

Pura enim matrix purum dabit fructum; ait Sendiuogius doctissimus tract. 8. Quo vero quid purius, eo durabilius & perfectius est in suo genere: Vt contra, quo quid impurius, eo imperfectius & inconstantius est, ac proinde impura, quæ fœtum impurum profert, necessario fœtum fragilem producit. Quod cum in omni genere deprehendatur, homines naturæ succurrere volentes matricem impuram, vbicunq; eam offenderunt, expurgare attentauerunt. Vnde ipsa experientia sapientum consilio exorta docuit, impuritates & peregrinas naturas, quibus conceptio & generatio fœtus in matrice impeditur, vel artis naturam natura (quando ad impuritatum segregationem corroboratione opus est) iuuantis ingenio, vel nuda euulsione & reiectione (quando iam ante à matrice exclusæ & separatæ sola mole sunt impedimento, ne matrix concipere & debite semen fouere possit) esse tollendas & euellendas. Id

quod

Digitized by Google

quod Agricultura nobis ad oculum demonstrat: ibi enim sal agri sale fimi sulphureo & pingui corroboratur, lapides, qui mole sua agrum sterilem & inculti reddunt, eliciuntur & cardui extirpantur, vt matrix frugum nomen fœcundi agri reportare possit. Idem philosophi in suo magisterio faciunt: Ex agro enim suo, cui natura semen illud eminentissimum insitum est alienas naturas præparando separant, feces terreas reiiciunt, atque matricem in incorruptibilitatis statum ea ratione deducunt; Quo facto, matricem cum semine firmissimè sigillo Hermetis claudunt, atque in ea semen in nobilissimam medicinam, mediante digestione, conformant: vbi id, quod natura natum est, altera vice regeneratur, atque in longe eminentiorem statum prouehitur.

XI.

Matrix ea vere idonea est, quæ facilem semini permittit ingressum.

Id est, quæ semen facile recipit, nec clausura sua est impedimento, vt semen introeat. Vbi sciendum, quando duritie matrix clauditur & sterilescit, matricem sæpe mouendo aperiri & reddi porosam, vt semini concipiendo fiat apta. Sic agros induratos arando, occando & glebas discutiendo renouamus, & rarefacimus, vt frumenti semen facilius ab agro admittatur, & fœcundiorem suæ speciei multiplicationem fundat.

XII.

E corpore, quod vel alienis naturis destruitur, vel cuius vas spermaticum vi rescinditur, semen haberi nequit.

Digitized by Google

Sic haud aliquid commodi reportarent, qui semen ex corpore hominis per aquas fortes euerso & grauibus morbis deformato eruere conarentur. Eunuchus, quia eius membra genitalia excisa sunt, suam speciem propagare nequit. Sciant, ait ingeniosissimus Sendiuogius tract. 7. artis filii, in arboribus amputatis frustra semen quæri, quod solummodo in viridibus reperitur. Attende fili artis, & sequere philosophos.

XIII.

Corpus, quod vnius generis nutrimento conseruatur, eo, quod diuerso & multiplici nutrimento sustentatur, est durabilius, perfectiusque & constantius semen emittit.

Quo enim aliquid ad vnitatem propius accedit, eo est durabilius: in vnitate enim nulla est diuisio. Vbi nulla diuisio, ibi nulla corruptio: corruptio enim omnis per diuisionem perficitur. Vbi nulla corruptio, ibi conseruationis perpetuitas. Itaque quod vnitati vicinius est, longius conseruatur, quam id, quod est ab ea remotius: Minor enim in illo diuisio; in hoc maior. Quo vero quid durabilius est, eo firmius & perseuerantius semen è se protrudit.

XIV.

Mas & fœmina, quorum natura & complexione similis substantia produci debet, sumpto eiusdem originis & naturæ.

Sic homo hominem, equus equum generat, quia sunt eiusdem naturę. Si vero accidit, vt equus cum asina coeat, non equum nec asinum, sed mulum generant. Philosophi hoc ipsum ponderan-

Digitized by Google

tes,

tes substantias vnius radicis, originis & essentiæ & nobilissimæ medicinæ præparationem eligunt, atque ex iis tincturam perfectissimam elaborant, qua quælibet corpora in perfectionem capacem facile cum omnium admiratione tingantur.

XV.

Id quod vis naturaliter in conuenienti matrice produci, illud idem seminabis.

Ita ait autor Rosarii, id quod vis metere, illud seminabis. Si ergo tincturam auream expetis, vide vt eandem semines. Agnosces hinc errorem eorum, qui aurum seminant, & tamen eius tincturam inde colligere intendunt. Huiusmodi sophistæ imitantur eos qui arborem excisam & arefactam seminare volunt, vt hinc semen arboris habeant.

Conclvsio Ad Lectorem.

Hæc est breuis & solida generationis doctrina: Quam si Sophistæ intelligerent, non vsque adeo derisui & despectui haberent scientiam Hermetis eminentissimam: Quam qui possidet, vere & sapiētia & opibus diuesest. Id vero hic sub finē monere lubet, nē eandidus Lector, vbi in meis libris in Sophistas calamū stringo, arbitretur, me loqui de omnib. medicis & philosophis medicinā & philosophiā in Academiis profitētibus, sed tantum de iis, qui falsis & fictis principiis innixi & autoritate aliorum fascinati omnem veritatē in vno Galeno & Aristotele nobis fuisse relictā opinantur, Galenicæ medicinæ imperfectionem & Aristotelicos in dogmatibus physicis errores pertinaciter de-

Digitized by Google

fendunt, ac ex praua animi dispositione, infantilique ignorantia sanam HERMETIS sapientiam reiiciunt, aliosque studiosos ingenio subtili pollentes suis misellis ratiunculis à tam saluberrimo & omnium præstantissimo studio deterrent. Hos, inquam, mea scripta feriunt, & sophistas esse ingenue testantur & probant. Vale, Benigne lector, & mihi tibi bene cupienti faue.

TRACTATVS DE RERVM NATVLIUM Generatione
FINIS.

Vni Deo sit laus & gloria in æternum.
AMEN.



HER-

Digitized by Google

PHILOSOPHIÆ HERMETICÆ

Tractatus sextus, qui est

DE REGENERATIONE.

Autore

HENRICO NOLLIO.

PRÆFATIO.

REgeneratio est omnium arcanorum mater, fons & ianua: ac proinde merito exquisita eius declaratio à me iam instituitur. Sed ne ambiguitate vocis in errorē prolabaris, scias quatuor esse vocis REGENERATIONIS significationes. 1. Idem est, quod Renouatio, qua corpus pellem antiquam exuit, nouamque ex balsami alicuius conuenientis assumptione induit. De hac agitur in sequenti tractatu. 2. Est sacra actio, qua in sacrosancto baptismate homo ad piam vitam renascitur, & peccatis exuitur, vt in Christo in

Digitized by Google

sto in posterum viuat. 3. Est emortuorum humanorum corporum ad vitam perpetuam in extremo iudicio diuina reductio. Vtrasque has significationes Theologia sibi vendicat. 4. Seminis nati iterata generatio est. Hæc huius loci est.

I. REGENERATIO *est rei naturæ auxilio natæ altera secundum naturæ viam generatio propter multiplicationem.*

Notanda est hæc definitio: siquidem in vere philosophica regeneratione nihil contra naturam tentandum est, sed omnia ad modum naturæ peragenda, vt vel hinc scias, philosophos non absque iussisse artis filios in omnibus imitari naturam.

CANONES.

I.

Id quod secundum naturæ viam renasci potest, est semen naturæ beneficio suam habens substantiam.

Id enim, quod renascitur, renascitur, vt suæ naturæ multiplicatione speciem propaget. Huiusmodi vero nihil est aliud, quam semen: in semine enim debere fieri cuiusque speciei multiplicationem sacra scriptura aperte 1. cap. Geneseos docet.

II.

Semen non renascitur, nisi in propria matrice.

Si secundum naturæ viam regeneratio instituenda

enda est, semen etiam matricem propriam habebit: siquidem omne corpus, quod nascitur, è suo semine in propria matrice nascitur. Quare minerale semen mineralem, vegetabile vegetabilem & animale animalem matricem requirit.

III.

Propria seminis matrix est, non in qua nascitur, sed in qua naturæ suæ conuenienter ad multiplicationem sui prouehitur.

Matrix enim non est otiosum aliquod domicilium, sed viuis spiritibus imprægnatus ager in semine per putrefactionem multiplicationem efficit. Vbi ergo semen putrescere nequit, ibi in multiplicationem, specieique propagationem nec generatur, nec regeneratur, vel si mauis, ita me intellige: Semen duplici ratione nascitur, vel vt semen sit, vel, vt multiplicetur. Si nascitur, vt sit semen, matrix eius est vas à corpore viuo, quod ex eodem semine natum est, dependens, & liquorem vi seminali è corpore assumpta imprægnatum, aliis in vasis corporis antea quodammodò digestum, atque in ipsum mirabile destillatione delatum, in semen perfectum, calore congruo promouente, concoquens. Sic matrix seminis humani est vas genitale, duobus interstinctum testibus: in eo enim sanguis superfluus per renes destillatus, atque omnium partium corporis viribus imprægnatus decoquitur, & in sperma hominis perfectũ digeritur. Vt vero per semen speciei propagatio, & multiplicatio seminis introducatur, matrix seminis tamest vas non congelationi seminis, sed resolutioni eius in vlteriorem perfe-

Digitized by Google

ctionem destinatum. Sic vterus fœminæ est matrix seminis humani, vt tale sperma in ea putrescat, & ex eo homo, perfectior natura, nascatur. Semen pomi est nucleus. Eius matrix est ipsum pomum, eo saltem fine, vt in eo semen perficiatur, non vt in arborem excrescat: Matrix vero nucleï, in qua per putrefactionem in arborem perfici debet, est terra, cui inseritur.

IV.

Matrix non congelationi, sed resolutioni seminis vlteriorem perfectionem intendenti destinata in rebus vegetabilibus, & mineralibus est externum aliquod elementum; vt in animalibus viuiparis vterus fœminæ.

Sic tritici matrix terra est: Hominis vero vterus mulieris.

II. REGENERATIO *est vel naturalis vel artificialis.*

III. Naturalis est, quæ sola natura instituitur.

Sic semina, quæ matura de sua planta desiliunt, & in terram incidunt, in sui multiplicationem renascuntur.

IV. Artificialis regeneratio est, quæ artificio per naturam absoluitur.

Dico per naturam: quia sine natura, naturalique semine per solam artem aliquid in regenerationem disponere stultum est. Semen vt naturale requiritur; ita etiam hic requiritur naturalis matrix cum semine suam habens affinitatem & cognationem.

V. *Hæc*

Digitized by Google

V. Hæcque est vel vulgaris, vel philosophica.

VI. Vulgaris est, qua semen in matrice artificio vulgari exculta in multitudinem renascitur.

Agricola agrum stercorat, arat, occat & alia via præparat, vt semen iniectum regeneretur in multitudinem.

VII. Philosophica *regeneratio est, qua semen sophorum à philosophis in propria matrice in summam medicinam digeritur.*

Effectus huius est vniuersalis medicina, quam lapidem philosophorum appellitant.

CANONES.

I.

Semen Sophorum esto vniuersale.

Propter applicationem ad tria entium sublunarium genera, nimirum ad vegetabile, minerale & animale genus: id enim, quod ex semine nostro conficitur non solum metallicis corporibus, sed etiam vegetabilibus & animalibus suam confert vtilitatem & perfectionem. Errant ergo longe, qui in illo vniuersalem quærunt medicinam, quod minerali regno circumscribitur.

II.

Semen sophicum est Hermaphroditicum.

Id est: Ex virili & fœminea natura simul constat. Vtraque illa natura sophis dicitur Sol & Luna: Quia ex horum congressu semen nostrum prognatum est.

III. *Se-*

Digitized by Google

III.

Semen mysterii sophici omnia, quibus indiget, in se continet. Arnold.

Ac proinde seipsum perficit in suo naturali, & proprio vase.

IV.

Vi regenerationis philosophicæ semen nostrum in præstantiorem, eminentiorem, & perfectiorem permutatur substantiam.

Medicina nostra comparatur Christo Domino nostro, qui quamuis Deus, tamen ita se exinanivit, vt homo factus omnis generis passiones, & tandem mortem subierit, atque post ex eo exinanitionis statu in statum gloriæ exaltatus fuerit. Simili modo nostræ medicinæ semen cælitus nobis communicatum primum in abiectam terram conuertitur, & abiectis vestibus induitur. Verum posteriora ipsa in vitam resoluitur, & perspicuitate crystallina condecoratur, omnique deformitate deposita, in nobilissimam & purissimam abit medicinam.

V.

Regeneratio philosophica fit hoc modo.

Nullo extraneo addito, semen nostrum propria & agnata aqua nutritur frequenter, vsque dum medicina prodierit præstantissima in colore ignis rubicundissimi. Summa patientia hic opus est, quia summa tarditas.

DOCTRINÆ DE REGENERATIONE FINIS.

Vni Deo Laus & Gloria in æternum. Amen.

PHI-

Digitized by Google

PHILOSOPHIÆ HERMETICÆ

Tractatus septimus, qui est

DE RENOVATIONE.

Autore

HENRICO NOLLIO.

PRÆFATIO.

CVm impossibile sit, beneuole Lector, vel experientissimo medico speciem omnis morbi cognoscere, teste Paracelso in secreto magico, operæ precium facturus est medicus; qui in renouationis doctrinam omni studio incumbit: Hæc enim docet fundamentum, quo citra specialem morbi congnitionem morbos quoslibet solius balsami corroboratione extirpare valeamus. Ab vno vt omnia sunt: ita in vno omnia conseruantur. Id vero quod conseruat à morbo similiter liberat, morbi enim extirpationē necessario comitatur conseruatio. Si itaq; balsamus ex interno prin-

Digitized by Google

principio hominē conseruat, idē balsamus ex eodē principio hominē morbis eximet. Quod si balsamus præstare non posset, vtiq; facultate conseruandi destitueretur. Quod dici non potest. Balsamus est cuiusque rei intima natura, quæ, vt Foxius Galenista lib. 2. instit. medicarum sect. 5. c. 2. ait, dum nos recte moderatur, & integre valet, quicquid vitiosum est, aut redundat, id omne è corpore excludit. Hoc ergo, vt Galenistæ me quoque intelligant, hoc in libello docebo, nempe, quaratione natura, dum integre non valeat, nec recte nos moderatur, eo reduci possit, vt integre valeat, ac proinde id, quod vitiosum & superfluum est, è nobis extrudat. Sine natura nihil attentandum hoc in negocio esse moneo, & Hermeticæ curæ certitudinem vinco contra omnes obtrectatores & sciētiæ Hermeticæ contemptores. Fundamenta nostra qui ex amussi intelligit, ei via ad veram & solidam medicinam patefacta est.

Digitized by Google

A de-

A definitione Renouationis exordiamur.

I. Renouatio est balsami per balsamum consimilem confortatio, qua impuritates separantur, & inuentus reducitur.

CANONES.

I.

In hoc rerum statu extra corpoream naturam balsamus confortans non habetur, sed vbique aliquid de natura corporis sibi immixtum habet.

Balsamus enim sine corpore subsistere nequit. Hoc vero notare est, quod balsamus, quando impuritatibus obruitur, & corporis crassitie eius actiones impediuntur, impuritatibus nudari, corpusque in tantum subtiliari debeat, vt in naturam confortandam agere possit. Sic è cibo, quem assumimus, Archæus noster balsamum elicit sibi consimilem, separatis & eiectis fecibus per appropriata emunctoria. Philosophi crassitiem separando subtiliant metalla, vt ex iis spiritus balsamicales proliciant, nobisque deinde in vsum nostrum propinent.

II.

Quo è puriori & perfectiori corpore confortans balsamus desumitur, eo efficacius & perfectius impuritates separat.

Vnumquodque enim agit secundum naturam suam. Vnde non mirum est, quod lapis philosophorum perfectissime & efficacissime morbos ex corpore pellat, cum ex perfectissimis huius mundi corporibus, scilicet ex Sole & Luna, producatur.

Digitized by Google

III.

Balsamus confortans quo simplicior est, eo constantius & vniuersalius operatur.

Operationes enim rei naturam & essentiam sequuntur. Balsamus vero dicitur simplex, qui ex vna natura fluit. Qui ex diuersis naturis ad corroborationem balsami alterius hauritur, simplici balsamo longe debilior est: Quo enim quid vnitati vicinius, eo constantius, perfectius & vniuersalius operatur. Simplex simpliciter, vel Scaligero teste Ex. 140. verum, vnum est, quod est sibi ipsi & principium & finis. Alia quo sunt ei propiora, illius etiam capiunt maiorem perfectionem. Sic angeli nobis sunt longe potentiores, cum ex multis elementis non sint conflati, simplicitatique Dei sint propiores. Deus quia summe vnus est, summe potens est. Quod probe obseruandum contra eos, qui variis eduliis, varioque potus genere delectantur. Vitam longius producerent, si vnius generis cibo & potui assuefierent.

IV.

Vt balsamus balsamum corroboret, corpus, cuius balsamus confortandus est, actu calidum esse oportet.

Balsamus enim confortans cum sit ignis, & naturæ nitrosulphureę sulphur actuale requirit, quo accendatur. Non aliter ac nitrum, quod quando operari & mirandos effectus in eiaculandis glandibus edere debet, à sulphure & igni prius accendatur necesse est. Nobis exemplo esse potest metallorum transmutatio, quæ fieri nequit, nisi metalla

Digitized by Google

talla imperfecta ignianeur, liquefiant & fluant, vt hac via pori, quos lapis philosophorum permeet, aperiantur. Laxatiuum in homine mortuo non operatur, sed in viuo, calorisque actum habente.

V.

Iuuentus reducitur, quando vires pristinæ restituuntur, pelles antiquæ exuuntur, nouæ induuntur, & nouorum astrorum summe conuenientium regimen introducitur.

Sic auri iuuentus reducitur, quando aurum per Mercurium & ignem in liquorem redit. Serpens renouatur, quando pellem deponit, & nouam reassumit. Homo senex renouatur, quando canos capillos amittit, nigrisq; vel alterius iuuenilis coloribus exornatur, vngues decidunt, noui, repullulãt, integraque cutis rugosa in teneram, floridam & mollem conuertitur. Cancri, qui crustas abiiciunt, tenero & molli tegumento iterum vestiuntur. Mulier octogenaria quando philsophice renouatur, ad conceptionem habilis reddi potest: siquidem in eiusmodi renouatione balsamus eius ita corroboratur, vt menstrui fluor redeat, semenque in ipsarum genitalibus generetur & augescat.

VI.

In iuuentutis reductione prolongatio vitæ fundatur, præcipue vbi similimo balsamo perfectissima natura impregnata confortatio balsami instituitur.

Si vis, vt arcus telum longiori tractu propellat, chalybs chalybi per fabrum adiungendus, & ar-

cus fortior reddendus est. Intellige quę dixi, & eris mihi philosophus.

II. Renouatio est vel vniuersalis, vel particularis.

III. Renouatio vniuersalis est, quæ vniuersali balsamo naturam alicuius rei ita reficit, vt per omnes partes vigor eius instauretur, & impuritates cum radice extirpentur.

Balsamus vniuersalis est, quo non solum mineralium, sed etiam vegetabilium & animalium naturæ corroborantur, eorum impuritates & imperfectiones tolluntur, atque radix ipsius mali simul extirpatur. Vnde vniuersalis renouatio recte dicitur ablatio radicum seu impuritatum morbidarũ, vel ab ortu hæreditarioue parentum semine, vel postea alimentorum vsu & culpa, siue externarum impressionum iniuria in humanam anatomiam insitarum.

CANONES.

I.

Id quod omnibus vegetabilibus virorem inducit, & reducit, mineralibus vigorem dispensat, animalibusque vitam & nutrimentum communicat, illud est vniuersalis balsami vera materia, atque Hermeticæ medicinæ realis origo.

Vniuersalis enim medicina ex vniuersali subiecto eruenda est.

II.

Balsamus vniuersalis, qui est verus Hermetis

Digitized by Google

metis lapis, sub minima dosi in generoso vino patienti propinatur, & cito, tuto, iucundeque convalescit æger.

Dosin vnius grani philosophi in administratione balsami nostri requirunt.

III.

Citra specialem morbi cognitionem balsamus vniuersalis administratur.

Hic canon omnes medicinæ studiosos ad diligētem balsami vniuersalis, quem lapidem sophorum appellant, instigato, cum eo habito, studium medicinæ reddatur adeo facile, vt librorum variorum multiplex lectio merito habeatur superuacanea, atq; indicationum perplexæ particularitates contrarietates vel ordines nullam sedem inueniant. Galenistæ huiusmodi medicinam dari negant: Sed tamē verorum philosophorum assertiones vnanimes velle falsi & mendacii arguere, certissimum mihi indicium est stolidæ & sophisticæ mentis.

IV. Renouatio particularis est, quæ balsamo particulari absoluitur.

Balsamus particularis est, qui ad certum genus defectuum tollendum adhibetur: ac proinde ex renouatione tali non est omnium morborum, sed quorundam cura. Consule dogmaticos, & huiusmodi balsamorum ingentem copiam videbis. Omnia etiam chymica remedia præter philosophorum lapidem balsamo particulari participant, ac proinde definite morbi generi tollendo destinata sunt.

CANONES HIC OBSERVANDI.

I.

Quicquid in macrocosmo renouatur, illud ad microcosmi renouationem facit.

Sic cum aurum renouatione in primam materiam reducitur, aurum philosophice elaboratum microcosmum renouabit. Galenus, vt ipse lib. simp. 11. & lib. de antidotis refert, opera viperarum vino impositarum pristinæ valetudini duos leprosos restitutos fuisse testis vidit oculatus: cum enim dictis leprosis vitam miseram & ærumnosam diu agentibus ex commiseratione ad mortem ipsis accelerandam vinum, in quo vipera casu immersa & mortua fuerat, bibendum offerretur, non tantum cutem vlcerosam, squammosam & fætidam cum sana & florida permutarunt; sed integram insuper, perfectamque inde sanitatem recuperarunt. Iam vero vel vulgo notum est, quod viperæ quotannis bis renouentur, & exuuias abiiciant. Vnde philosophiæ veræ filii ex viperis naturam balsamicam eruere sciunt ad renouandam & purgandam hominis essentiam ab omni impuritate.

II.

Si vis balsamo conuenienti hominem renouare, discito perfecta metalla in primam reducere materiam & imperfecta coessentiali balsamo perficere.

Qui

Digitized by Google

Qui microcosmi defectibus ex fundamento mederi desiderat, ille in rebus macrocosmicis prius faciat periculum, vt has ab imperfectionibus suis liberet. Quicunque corpora macrocosmica purgare, & debitis medicinis perficere nescit, non dignus est, qui medicamenta in salutem hominis doceat. Cum vero sine Alchymia nemo imperfecta corpora depurare, perficereque queat, Alchymiam necessariam esse ad medicinam quis non intelligit?

Doctrinæ De Renovatione.
Finis.

Vni Deo sit sempiterna gloria.
AMEN.

Digitized by Google

CONCLVSIO TOTIVS OPERIS AD LEctorem.

HAbes ita, Beneuole lector, tractatus septem meæ Hermeticæ Philosophiæ. Quos si legeris, & multoties relegeris, te in philosophia vera multum profecisse ipse fateberis. Vide tamen vt id, quod legis profunde mediteris: sine meditatione enim assidua nihil intelliges. Medicinam vniuersalem multi negant: Sed plerunque ii id faciunt, qui eam aßequi non valent. Credimus esse: Quia ante nos philosophi nobilem eam medicinam possederunt; & dubio procul hoc tempore sunt multi bonæ conscientiæ & voluntatis homines, qui donum illud Dei clanculum habeant. De quibus si ego & tu mereri poßemus, vt ipsorum beneficientia tantam medicinam & videre, & in nostram salutem nobis applicare liceret, quid nobis, quæso, præstantius obtingere posset: Non

Digitized by Google

Non cuiuis homini contingit adire Corinthum: Inconstantia & negligentia in operando non raro etiam eum, qui rectam incedit viam, interturbant. Constanti labore qui occultum fecerint manifestum, ex meo iudicio habebunt illud, quo vix post verbum Dei datur homini aliquid maius. Vale lector, & ama.

Δόξα τῷ Θεῷ.

Digitized by Google

Digitized by Google



Digitized by Google

Digitized by Google